Jb. 1706-7

Earl of Craufurd

5/6
183

11385. aaa 14

D. JUN. JUVENALIS,

ET

AULI PERSII FLACCI

SATYRÆ:

CUM

ANNOTATIONIBUS

THO. FARNABII.

LONDINI:

Impensis J. WOTTON, J. WALTHOE, J. KNAPTON J. & B. SPRINT, R. KNAPLOCK, G. CONYERS, B. TOOKE, D. MIDWINTER, B. LINTOT, B. COUSE, Gul. & J. INNYS, R. ROBINSON. MDCCXX.

BRITISH MUSEUM

AD

ILLUSTRISSIMUM

D. D. *HENRICUM*,

MAGNÆ BRITANNIÆ

PRINCIPEM.

Ἄριστον μὲν ὕδωρ, ὁ δὲ
χρυσὸς, αἰθόμενον πῦρ
Ἄλλα διαπρέπει νυ-
κτὶ, μεγάνορος ἐξοχα πλούτου.

Quænam hæc (Lyrici) aqua optima? Philoſophia. Quiſnam hic ignis rutilus? Eadem Philoſophia: Ignis quem Minervæ adminiculo, hoc eſt, indagatrice ingenii alâ ſubvectus Prometheus è cœlo detulit, eóque rudes hominum animos à terrenâ ignorantiæ fæce excoxit. Aqua, quæ è muſarum fonte hauſta fœdas vitiorum maculas luſtrat, eluit, expurgat. E quâ puriſſimâ ſcaturigine cùm triplex profluat rivulus, Dialecticis illis Mæandris, ignotiſque Phyſici Nili fontibus, Ethicum Alpheum optimo prætulerint jure quibus ſanior mens, qui ut mare Siculum ſubterlabi dicitur ad ſuam Arethuſam ſine admixtione aquarum: ita verè aureus hic fluvius per affectuum Oceanum intaminatus ad proprium felicitatis fontem remeat. Hujus antiſtites cum ubique ſummâ animi propenſione colantur, tum adprimè Poetæ, qui non (Græcarum hoc crepidarum pace dixerim) ut tetrica illa Medis illita porticus ſevera ingerunt monita, ſed cum illecebrâ quâdam in adoleſcentum animos irrepunt; quodque peritiſſimi faciunt Medici, qui vitioſo ſtomacho amara catapotia melle miſcent; ita & hi juvenum animis propter ætatis defectum voluptatiſque affectum auſtera hæc ſed ſalubria reſpuentibus pharmaca, lac caprarum, quas tamen lentiſco paſcunt, propinant; juxta ſeveriorem mandragoram lætas vites ſerunt, & quod ait Venuſinus vates,

Dum prodeſſe volunt & delectare poëtæ
Et jucunda ſimul dicunt & idonea vitæ.

Atque universo Poëtarum choro cùm laurus sua hederæque ex merito deferantur, tum iis maximè qui virtutis veræ rigidi satellites censoria supercilia adversus vitia destringentes Satyrico aceto noxios perfundunt, qui Philosophiam δογματικὴν & παραινετικὴν παραδειγματικὴν illustrant, hoc est, jejunis decretis austerisque præceptis aculeos & vitam exemplorum addunt. Ex his (illustrissime Princeps) quum Flaccus suam vel lancem vel canistellum primitiis saturum Celsitudini Tuæ obtulerit: Et isti duo, ut integrum habeas Satyricum chorum & (ut ita dicam) triumviratum, præsidentiùs asperis obscuritatis sylvis egressi, T. Cels. patrocinio tectos, æquis ac iniquis se commendatos expetunt. In quorum condignas laudes, post tot antiquorum & recentium (qui Aristotelis Ethicis præferre, ipsis Senecæ & Epicteti moralibus unius Juvenalis Satyras adæquare non dubitârunt) encomia discurrere esset frigidè laudare, quo satius fuisset (teste Phavorino Gelliano) acerbiùs vituperâsse: multo minùs deceret me homunculum è trivio, quid ad πολιτικὴν, quid ad ἠθικὴν, conferant, præcipere: melius hoc illi facient qui tibi ad manum, imò ad mentem Phœnices. Tu verò, quâ es progenie, quo genio, quo ingenio, tibi optimè. Hanc itaque Philosophici ignis particulam, hanc Pierii laticis cotylam (quandoquidem per se haud satis articulatè vocales sint isti Satyri, neque, ut sint, è dignitate tamen & libertate eorum esset gratiam ambire) rudis ego Hermes, nec tam ipsorum mentis interpres, quam infantiæ meæ proditor, tibi (Princeps illustrissime) consecro, abunde meæ in his qualicunque operæ gratulaturus, si quid inesse sensero quod lætâ aspicias fronte quodque dum undique literarum copiam colligis, quam invicem per totum terrarum orbem dispergas, studiis tuis dignum sit. Quæ ut feliciter succedant in tuam, publicam, divinam gloriam, Deum Opt. Max. seriò precor, cui Principum rerumque publicarum salus semper curæ.

Celsit. Tuæ

Officiosè addictissimus,

THO. FARNABIUS.

AD

AD

LECTORES.

QVæ pudibunda & ſubtimida primùm in publicum proceſſit [a] *nympha, candoris veſtri (Lectores humaniſſimi) ſole irradiata, faventia veſtræ Epithalamio animata, poſito jam flammeo, meliore ſui fiduciâ, in vulgus rurſus hac vice prodit. Per vos, dexteras admiſſivas, ab Oriente bonas aves, præpetes, oſcines, quæ conſuadetis & confieri jubetis,* Impetritum eſt, inauguratum eſt. *Neque inſtitutum hoc multoties repetitæ editionis ruperunt malæ aves,* bubo, [b] rudens, grus: *quæ recinunt noctivolæ, & in claro meridie lucem deſiderant. Iis quippe ſeu innato ſtupore gravatis, ceu malitiâ gratuitâ præpeditis, non placent Luciferi hi, otij feria hæc, &, quæ tempori parcunt, ingenium acuunt, refricant memoriam, judicium exercent, faciuntque ut ſibi quodammodo inventa gratuletur, lector, hypomnemata: ſed requirunt, ſi diis placet, illa ad tædium uſque & nauſeam toties repetita,* Ordo eſt, Senſus eſt. *Atque hinc luxuriantis alicujus & ſupini otii magiſtellus (cui pro cerebro Jovis eſt* [c] *verbalis iſta, quæ conceptis quaſi ſyllabis & literis præit, conſtructio) cephraſeis probat & longos commentarios, in Perſium maximè, quaſi verò Sibyllæ ſint oracula vel* [d] *Heracliti myſtica Satyræ ipſius. Cùm revera (idque magni illius* [e] *Scaligeri judicio magno)* oſtentator tantùm ſit febriculoſæ eruditionis, cujus ſtylus moroſus, ut & ipſe ineptus, &c. *Et quem ſi diligens Horatii lector furtivis nudârit plumis (cui rei præluxit doctiſſ. Caſauboni opera in imitationibus Horatianis ad Perſium) apparebunt reliqua* inaniis (*ut loquitur* [f] *illa*) oppleta atque araneis. *Cujus denique omnibus Satyris vel unica præferatur pagella Juvenalis* [g] *acuti, candidi, ac Satyrorum facilè principis: qui verſu melior, phraſi mollior, ſententiis acrior* [h] *ardet, inſtat, jugulat, dum Perſius tumidè inſultat, Horatius albis tantùm dentibus ridet. Atque utinam moderatiùs in vitia invectus abſtinuiſſet à nudis vocibus! de quibus*

a Editio utraque prior. quæ nova nupta q. νέον φάσελο Euſtath. ad Hom. Odyſſ. α quæ prius ἔνλεθα δόμων παρὲκ μιμλίες μίμνε. Οὕτω ἔργ' ἀδυῖα πολυχρύσου Ἀφροδίτης. Heſiod. ἔργ' ſ. ὑ. 138.

b Non nautica illa ex verſu Grammaticali in *Propria quæ maribus* nota, atque doctiſſimè verſa *a Cable rope*: verùm Onocrotalus, avis de quâ Plin. lib. 10. c. 47. & Gillius ad Ælian. hiſt. Animal. 16. lib. 4. c. Cui nomen ab aſini ruditu; neque enim cedit Luciani Lucio ſive ὄνῳ μέγ' ὀλκησάμενος καὶ μυσήλια μηνύσαντι.

c-d Diogen. Laërt. in Heracl. vita.

e In Hypercritico ſeu lib. 6. Poët. Jul. C. Scal. tices cap. 6.

f Staphyla apud Plaut. in Aulularia.

g Poëtices lib. 6. cap. 6.

h Idem l. 3. Poët. c 97.

bus velandis ceu prorſus prætervehendis (ne vel mihi neceſſe ſit [a] pallio operire caput, quod in parum pudicâ oratione feciſſe Socrates fertur; vel vobis opus ſit [b] follibus, quibus aures muniatis adversùs verba minùs caſta) quoniam mihi manet mens eadem, conſilium idem: manebunt certè rationes atque verba eadem. Quorſum enim illa interpreteris, quæ neminem ſcire convenit? Atque uti in Phyſicis [c] ſuberit occulta natura, quæ homini ignota, ſapienti haudquaquam inveſtiganda erit; ut [d] in Politicis & Polemicis tam neſcire quædam cives ac milites quàm ſcire decet; ita [e] inter virtutes Grammatici habebitur quædam neſcire. Cenſuram verò meam hano de ipſis Poëtis, curam hanc ad ipſos, cenſura veſtra & curæ commendo. Vobis bonis ac multis ſcripſi hæc ad fructum, non paucis illis ac malis ad calumniam: vobis cordatis, qui vel ab hoc indue Mercuriali commonſtrati & commonefacti, ritus, mores, hiſtorias recordamini; non oculatis iſtis, qui nihil, niſi quod ante oculos eſt, vident, intelligunt, ſapiunt. Animis denique (ut [f] Seneca utar verbis) iſta ſcripſi non auribus, & (quod idem ſed aliâ in re) mores non verba compoſui. Obſtupeſcant alii [g] Annicerin illum, qui curſus plurimos in orbem ſic confecit, ut, cùm per eandem orbitam ſæpiùs agitaverit, in impreſſo veſtigio ſemper inſtiterit: vos cum Platone judicabitis non poſſe eum, qui in re tam tenui adhibet curam, de rebus magnis ſollicitum eſſe. Cenſebitis vos cum lepidiſſimo illo Arbitro, [h] nihil eſſe homini magnificum, quod pueris placet: vos denique miſereſcit [i] eorum [k] qui, dum dicunt quæ adoleſcentuli probent, ſoli in ſcholis relinquuntur, [l] Ulyſſis inquirentes mala, ſua non animadvertentes. Vobis (animæ candidæ, doctæ, amicæ) [m] hæc qualiacunque

Arridere velim: doliturus ſi placeant ſpe
Deteriùs noſtrâ. Demetri, teque, Tigelli,
Diſcipularum inter jubeo plorare cathedras.

Valete.

T. F.

a Referente Antonio Juliano apud A. Gel. l. 19. c. 9.
b Plutarch. de Auditione.
c I. C. Sca. 344. Exercit. 4. ſect.
d Otho apud Tacit. hiſt 1.
e Fab. Quintil. lib. 1. cap. 14
f Epiſt. 100.
g Ælian. var. hiſt. l. 2. c. 27.
h Petron. Arb. Sat.
i Meique adeò, cur enim me excludam, quem in eandem molam truſatilem detruſit Deus?
k Ciceronem citat idem Petron.
l Bion, vel ut alii Diogenes, de Grammaticis.
m Horat. Serm. 10. lib. 1.

D. JU-

D. JUNII JUVENALIS AQUINATIS

*SATYRA I.

Deliberanti Poëtæ jamque in animo habenti temporis ſui Poëtis tragœdias recitantibus vicem referre, & pantheram (quod aiunt) leone remunerare, occurrunt urbis Romanæ ſcelera, quæ ipſum ab inſtitutâ Tragœdiâ ad Satyram abducant.

* Poëma varium nonnullis dictum à Satyris, quorum cachinnos & deriſiones hoc carminis genus imitatur: J. C. Scaligero 1. Poëtices, 12. c. à caniſtellis omni pomorum genere plenis, quibus prodeuntes Satyri Nymphas alliciebant: Iſ. Caſaub. 2. lib. de Satyrâ, à ſaturâ lance, quam antiqui, Diis agri annua ſolventes vota primitiis omnis fructuum generis refertam offerebant.

Semper ego auditor tantùm? nunquámne [a] *reponam*
Vexatus toties [b] *rauci* [c] *Theſeïde Codri?*
Impunè ergo mihi recitaverit ille [d] *togatas,*
Hic [e] *elegos? impunè diem conſumpſerit* [g] *ingens*
Telephus, aut ſummi plenâ jam margine libri
Scriptus & [h] *in tergo, necdum finitus,* [i] *Oreſtes?*
* *Nota magis nulli domus eſt ſua, quàm mihi* [k] *lucus*
Martis, & [l] *Æoliis vicinum rupibus* [m] *antrum*
Vulcani, quid agant venti, quas [n] *torqueat umbras*
[o] *Æacus,* [p] *unde alius furtivæ devehat aurum*
Pelliculæ, quantas jaculetur [q] *Monychus ornos,*
[r] *Frontonis* [s] *platani,* [t] *convulſáque marmora* [u] *clamant*

a Scribam, recitabo, *vel* vicem iis referam, eos eâdem ſcribendi recitandique moleſtiâ obtundens, quâ illi me? b Recitando rauci, *vel* clamoſi. c Recitatione illius poëmatis de Theſei geſtis à Codro vili Poëtâ ſcriptis. d Nec par pari referam? e Comœdias Latinas à togâ Romanorum habitu dictas, ut & Græcæ palliatæ dicebantur à Græcorum palliis. f Lugubres, vel amatorios. g Longa tragœdia de Telepho rege Myſiæ, cui *Vulnus & auxilium Pelias haſta tulit.* h In averſâ chartâ ab exteriore parte. *al.* à *tergo.* i Trag. de Oreſte, *ſcenis agitato.* * Fabulæ & hiſtoriæ mihi æquè notæ ſunt ac alteri cuipiam poëtarum. ſi velim, quod illi faciunt. Principibus adulari, aut famæ meæ recitando velificari: taxarique hîc videtur Val. Flacc. vide Jan. Parrhaſii 2. epiſt. k Hiſtoria Romuli & Remi, quos peperit Rhea in luco Martis, *vel* luc. Mar. in Ponto pro quocunque luco ad deriſionem Poëtarum, qui à luci deſcriptione colorem artis petunt: *alii ferunt* locum fuiſſe Romæ in Appiâ, in quo recitabant Poëtæ: vide Bapt. Egnatii Racemationum cap. 6. l Septem inſulis Liparæis in mari Tyrrheno. m Ætna. n Examinet, *vel* judicet torquendas animas. o Jovis filius ex Æginâ, *al.* ex Europâ, unus è tribus apud inferos judicibus. p Ut è Colchis Jaſon furtim Medeæ dolo aureum vellus ſuſtulerit. q Centaurus: & ponitur pro fab. & pugnâ Centaurorum cum Lapithis. r Julii Frontonis, nobilis & docti viri, in cujus ædibus recitabant Poëtæ. s Porticus, quam adumbrant platani. t Frequentiâ auditorum, vel recitatoris clamore, ruptæ columnæ marmoreæ. Sic Sat. 7. v. 86. *cum fregit ſubſellia verſu* Statius. u Reſonant. vel aſſiduâ recitatione jam edoctæ clamant, *quis agant venti, quas torqueat,* &c. & eſt Pathos.

Semper, & aſſiduo ruptæ lectore columnæ.
Expectes eadem à ſummo minimoque Poëtâ.
Et [a] nos ergo manum ferulæ ſubduximus, & nos 15
[b] Conſilium dedimus Sullæ, privatus ut altum
Dormiret. Stulta eſt clementia, cùm tot ubique
Vatibus occurras, [c] perituræ parcere chartæ.
Cur tamen hoc libeat potiùs decurrere [d] campo, 19
*Per quem magnus equos [e] Auruncæ * flexit alumnus;*
Si vacat, & placidi rationem admittitis, edam.
Cùm tener uxorem ducat [f] ſpado, [g] Mævia [h] Tuſcum
[i] Figat aprum, & nudâ teneat venabula mammâ:
Patricios omnes opibus cùm [k] provocet unus 24
[l] Quo tondente gravis juveni mihi barba [m] ſonabat:
Cùm [n] pars [o] Niliacæ plebis, cùm verna [p] Canopi
[q] Criſpinus, [r] Tyrias humero [s] revocante lacernas
[t] Ventilet [u] æſtivum digitis ſudantibus aurum,
Nec ſufferre queat majoris pondera [w] gemmæ:
Difficile eſt ſatyram non ſcribere: nam quis iniquæ 30
Tam patiens urbis, tam ferreus, ut [x] teneat ſe?
Cauſidici [y] nova cùm veniat lectica [z] Mathonis
[aa] Plena ipſo; & poſt hunc [bb] magni delator amici,
Et citò rapturus de nobilitate [cc] comesâ
Quod ſupereſt; quem [dd] Maſſa timet, quem munere
palpat 35

a Ego itaque Grammaticorum ferulis & Rhetorum declamationibus valedixi.

b Ficto themate declamatorio ſuaſi Syllæ ut depoſitâ dictaturâ privatus *altum dormiret*.

c Cui ſi ego pepercero, aliâ tamen manu peribit. *vel* perituræ, cum aliorum Poëtarum chartis. *vel* etiamſi nihil ei inſcribatur, perituræ.

d Hoc ſtadio & ſtudio, hoc poëmatis genere, i. e. Satyrâ.

e Lucilius ex Auruncâ Rutulorum civitate natus, Latinæ Satyræ primus autor: unde & Turnus Satyrographus, cujus meminere Martialis l. 7. ep. 96. & l. 11. ep. 11. Sidonius carm. 9. & Probus Grammaticus. * Stylum direxit. f Spado dicitur, cui teſtes evulſi ſunt, aut nervi, è quibus teſtes dependent. Caſtratus, cui colis & teſtes: vide Sat. 6. 366. g Mulier, *Synecdochice*. Namque fœminas in arenam deſcendiſſe, autores ſunt Suetonius Nero. c. 11. Xiphil. in Nerone & Tito. Tacit. An. 15. Martial. ep. 6. l. ſpect. h Ferociorem, utpote è Tuſcia. i In Theatro. k Adæquet: divitiis cum ipſis certet. l Cinnamus de quo Martial. lib. 7. alii Licinium Auguſti libertum & tonſorem intelligunt. m Sub forfice ſonanti cadebat. n Servus è plebe. o Ægyptiæ, à Nilo Ægypti fluvio. p Civitatis in Ægypto, duodecim milliaribus ab Alexandriâ diſtantis, fano Serapidis celebris. Strab. 17. l. omnium libidinum atque impuritatum domicilii. q E ſervo factus magiſter equitum Neronis. r Purpureas, à Tyro. Sat. 10. ỳ. 38. s Rev. lac. quæ vel mollitie vel pondere defluxere, vel quæ rejectæ ſunt in humeros. *Suam qui undantem chlamydem quaſſando facit.* Plaut. Epidicus. t Ad refrigerium, vel jactando oſtentet. u Annulum tenuis bracteæ & levem. w Incluſæ in annulo hyberno. x Temperet ſibi ne ſcribat. y Novi hominis, vel nuper ex quadruplatorio lucro coëmpta, vel ſimpliciter *nova*, namque & hinc ſplendor: ſic Martialis epigr. 57. l. 2. *Sella recens.* z Ex advocato delatoris fact. aa Ut qui craſſus fuerit, *vel* delicatus & ſuperbus. bb M. Regulum hic intelligi volunt, cum ſuis & imperatoris amicis, tum ipſis quadruplatoribus formidabilem, veriſimilius autem eſt dici Heliodorum Stoic. phil. quo deferente occiſi ſunt. cc Per delationes interemptâ. dd Maſſa morto & Carus mimus, Neronis liberti, delatores nequiſſimi.

dd *Carus*;

dd *Carus*; *& à trepido* [a] *Thymele* [b] *ſummiſſa Latino?*
Cùm te [c] *ſummoveant, qui teſtamenta merentur*
[d] *Noctibus, quos* [e] *in cœlum evehit optima ſummi*
Nunc via proceſsûs, vetulæ [f] *veſica* [g] *beatæ:*
[h] *Unciolam* [i] *Proculeius habet, ſed* [i] *Gillo* [k] *de-*
uncem:
Parteis quiſque ſuas [l] *ad menſuram inguinis hares:*
Accipiat ſanè mercedem [m] *ſanguinis, & ſic*
Palleat, ut nudis preſſit qui calcibus anguem,
Aut [n] *Lugdunenſem rhetor dicturus ad aram.*
Quid referam, quantâ ſiccum jecur ardeat irâ
Cùm populum gregibus comitum premat hic ſpoliator
Pupilli [o] *proſtantis? at* [p] *hic damnatus* [q] *inani*
Judicio (quid enim ſalvis infamia nummis?)
Exul [r] *ab octavâ Marius bibit & fruitur* [s] *diis*
Iratis: at tu victrix provincia [t] *pleras.*
Hæc ego non credam [u] *Venuſinâ digna* [w] *lucernâ?*
Hæc [x] *ego non agitem? Sed quid magis* [y] *Heracleas,*
Aut [z] *Diomedeas, aut* [aa] *mugitum Labyrinthi,*
Et mare percuſſum [bb] *puero* [cc] *fabrumque volantem?*
Cùm [dd] *leno accipiat mœchi bona,* [ee] *ſi capiendi*
Jus nullum uxori, doctus [ff] *ſpectare lacunar,*
Doctus & ad calicem vigilanti ſtertere naſo.

a Mima, uxor Latini Mimi, cui inditum videtur nomen à Θυμέλη, quod eſt, pulpitum ceu ara theatri: quòd hæc vel prima vel optima fuerit ſaltatrix. Sed negat. Angel. Politianus 7. l. ep. Thymelem fuiſſe uxorem Latini.

b Ut vel uſu corporis vel blanditiis propitium Latino redderet Heliodorum ceu Regulum: *vel generaliter* uxor à marito miſſa deprecatrix ad delatorem: cujuſmodi aliquid in Mimo repræſentavit Latinus cùm Thymele. c Hæreditate. d Nocturni concubitûs opera. e Ad opes & dignitatem. f Pars ea qua mulier eſt. g Divitiis. h Duodecimam hæreditatis partem, cùm hæreditas ut libra divideretur in duodecim partes ceu uncias. i Adulter. k Undecim partes. l Ad penis utriuſque proportionem. m Coitu exhauſti. n Inſtituit Caligula certamina facundiæ Lugduni in Galliâ, in quibus oratores victos ſpongiâ linguâve ſcripta ſua delere oportebat, niſi ferulis objurgari aut flumine mergi maluiſſent: hoc metuentes oratores dicturi ad aram, quæ Lugduni inſignis erat, pallebant. Sueton. Calig. 20. c. o Spoliari & eò redacti, ut proſtet, victum corpore meriturus. p Marius Priſcus, ab Afris, quos proconſul ſpoliârat, accuſatus eſt: cui 7000 nummûm in ærarium inferre damnato, Italiâ interdictum. Plin. ep. 11. l. 2. q Pecunias provinciæ non reſtituente. r Qui Romæ ante nonam non decubuit. s Voluptatem capit ex irâ deûm, retinens magnam ſpoliationis partem, & ſibi in exilio lautiùs quàm antea indulgens. t Non reſtituta pecunia. Cornutus enim Tertullus Conſul deſignatus, cenſuit ſeptuaginta millia, quæ acceperat Marius, ærario inferenda Plin. l. 2. ep. 11. u Horatii Venuſini. w Satyra elucubrata. x Annon hæc potiùs infecter, quàm fabuler? y De Herculis ærumnis fabulas. z Fabulas de Diomede ab uxore non recepto & ſociis in aves verſis. aa Fabulam de Theſeo & Minotauro in labyrintho mugiente. bb Icaro cadenti. cc Dædalum. dd Maritus leno. Gallicè, *un Ruffien*. ee Probroſis fœminis lecticæ uſum, juſque capiendi legata aut hæreditates ademit Domitianus. Suet. 8. c. ff In obſequium adulteri rurſum ſpectare, & velut ebrium ſimulare profundum ſomnum ronchiſono naſo.

a Sophonius Tigellinus, qui per vitia præfecturam prætorii ſub Nerone adeptus eſt. Tacit. 1. hiſt. vel Corn. Fuſcus, qui patrimonium equis alendis dilapidârat, & puer auri-gæ officium Neroni præſtiterat, poſtea à Domitiano cohortibus prætorianis præfectus.

Cùm fas eſſe putet curam ſperare cohortis,
a *Qui bona donavit præſepibus, & caret omni*
Majorum cenſu, dum pervolat axe citato
b *Flaminiam: c puer Automedon nam lora tenebat,*
d *Ipſe c lacernata cùm ſe jactaret amicæ.*
Nonne libet medio f ceras implere capaces
Quadrivio: cùm jam g ſextâ cervice feratur
Hinc atque inde patens, ac h nudâ penè cathedrâ,
Et multum referens de Macenate i ſupino
k *Signator falſo, qui ſe lautum atque beatum*
* *Exiguis tabulis & l gemmâ fecerat udâ?*
Occurrit matrona potens, qua molle Calenum
Porrectura viro miſcet ſitiente m rubetam,
Inſtituitque rudes n melior Locuſta propinquas
o *Per famam & populum* p *nigros efferre maritos.*
Aude aliquid q brevibus Gyaris & carcere dignum,
Si vis eſſe r aliquis. Probitas laudatur & alget.

b Viam à Ca. Flaminio ſtratam. c Fuſcus auriga Neronis, ut Automedon Achillis. d Cum ipſe Nero blandâ geſticulatione ſe ingereret & commendaret lacernatæ amicæ. Tacit. Sueton. Dio, Zonaras, Suidas. Neque enim, quod nonnullis placere audio, Acten hîc dici puto; neque in ſententiam Bayfii c. 16. de Re Veſt. ire lubet, ex hoc loco probatum euntis, fœminas lacernis uſas. Erant enim lacernæ *Munimenta togæ*, ut noſter habet, Sat. 9. quibus uſi ſpectaculis potiſſimùm operam ſedentariam præſtabant. Martial. epig. 2. l. 4. & 137. epig. l. 14. Ubi autem Feſtus Pompeius *lacernam* dicit *capitio minorem*, diſſentio ab iis qui *breviorem quàm capitium eſt* intelligunt, *cucullionemque* fuiſſe putant; atque arbitror fuiſſe penulam capitio carentem, penulam verò & lacernam confundi ab autoribus video. e Sporo, quem exectis teſtibus cum dote & flammeo, ſolenni nuptiarum officio ad ſe deductum Nero pro uxore habuit. f Tabellas ceratas eaſque amplas Satyrico carmine implere libet, occurrente paſſim & palam per compita ſatyrarum materiâ. g Hexaphoro, lectîcâ quam ſex viri portabant. h Apertâ, neque plagis cinctâ, cui remota erant vela ac pellis. Martial. 11. l. 99. ep. i Molli & delicato. Mollitiei autem nomine malè audiebat Mæcenas. Senec. epiſt. 114. k Domitius Regulus teſtamentorum corruptor. Plin epiſt. 20. lib 2. vel Sophonius Tigellinus, qui trium patruorum veneno ſublatorum ſubtractis tabulis & falſo ſignatis, hæreditates invaſit. * Compendioſâ & brevi operâ falſas teſtamentorum tabulas condendi: *vel* exiguis, id eſt, paucis verbis teſtamentorum tabulis ſcriptis, quum falſarius ſe hæredem ex aſſe inſcripſerit. l Annulo ſignatorio, qui gemmam ectypam, id eſt, effigiatam habet incluſam, ſalivâ tacto. m Venenum rubetæ. n Peritior venefica quàm illa Locuſta nuper veneficii damnata, & diu inter inſtrumenta regni habita, cujus arte uxi Agrippina boletum venenatum Claudio paraverat, ejuſdemque ex Galliis vocatæ Nero uſus operâ Britannicum ſuſtulit. o Populo ſciente, vidente, adeóque permittente. p Quod indicium eſt veneno ſublatos fuiſſe. q Dignum exilio in breves, id eſt, anguſtas inſulas Cycladas, è quibus Gyaros, maximè ſterilis & graviſſimi exilii locus. Sic Sat. 10. *Ut Gyaricluſus ſcopulis, parvâque Seripho.* r In aliquo pretio.

Crimi-

Criminibus [a] *debent hortos,* [b] *prætoria,* [c] *menſas,*
Argentum vetus, & [d] *ſtantem extra pocula caprum.*
Quem patitur [e] *dormire nurûs* [f] *corruptor avaræ,*
Quem [g] *ſponſæ turpes, &* [h] *prætextatus adulter?*
Si natura negat, facit indignatio verſum
Qualemcunque poteſt; *quales ego, vel* [i] *Cluvienus,*
[k] *Ex quo Deucalion* [l] *nimbis tollentibus æquor*
Navigio [m] *montem aſcendit,* [n] *ſorteiſque popoſcit,*
Paulatímque animâ caluerunt mollia ſaxa,
Et maribus nudas oſtendit Pyrrha puellas:
Quicquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,
Gaudia, diſcurſus, noſtri eſt farrago libelli.
Et quando uberior vitiorum copia? quando
Major avaritiæ patuit [o] *ſinus? alea quando*
Hos [p] *animos? neq; enim* [q] *loculis comitantibus itur*
Ad [r] *caſum tabulæ, poſitâ ſed luditur* [s] *arcâ.*
[t] *Prælia quanta illic diſpenſatore videbis*
[u] *Armigero! ſimplexne furor* [w] *ſeſtertia centum*
Perdere, & horrenti tunicam non [x] *reddere ſervo?*
Quis totidem erexit villas? quis fercula ſeptem
[y] *Secretò cœnavit* [z] *avus? nunc* [aa] *ſportula primo*
Limine parva ſedet, [bb] *turba rapienda togatæ.*
[cc] *Ille tamen faciem priùs inſpicit, & trepidat, ne*
Suppoſitus venias, ac falſo nomine poſcas.
Agnitus accipies: jubet à prænone vocari
Ipſos [dd] *Trojugenas: nam vexant limen & ipſi*

a Accepta referunt, namque hæc omnia per fraudes, ſcelera atq; crimina nacti ſunt.
b Ædificia prætoribus digna, ceu villas lautiorum civium magnificè extructas in ſuburbanis ſuis.
c Citreas, marmoreas, eburneas.
d Signum capri ceu Phryxi in cœlaturâ prominens & extuberans.
e A Satyrâ ſcribendâ quieſcere.
f Ipſe ſocer.
g Pueri qui viris nubunt, & fœminæ.
h Ingenuus puer etiam ante prætextatam (ea erat toga alba cujus ora & circuitus purpurâ prætexebatur) depoſitam, i. e. annum ætatis 16. corruptus adulteriis. i Ineptus poëta. k Omnes, inquit, affectus, omnia vitia à diluvio aduſque noſtra tempora materia eſt hujus mei libelli Satyrici. l Imbribus mare augentibus. m Parnaſſum. n Themidos oraculum. o Receptaculum; *Metaph. à velis ſumpta* p Ellipſis τῦ *habuit.* q Non parte, vel modicâ pecuniâ r Ad fortunam aleæ in tabulam vel abacum luſorium conjectæ. s Univerſâ re familiari, cujus naufragium faciunt περὶ ὕτου μικρῷ ἔχουλι τῷ κύβῳ, ut facetè Lucian 113. τοῖς πεὸς κέρδον non ad Maleam ſed Aleam συνλεσόντα ἀνλοῖς τῦ σκάφους. t Rixas. u Servo qui domino ludenti nummos, aleas & cætera belli illius arma ſubminiſtret, unde *armigero. Metaph. à bellantibus ſumpta.* w 750. libras monetæ noſtræ. x Donare, *al.* reſtituere. y In ſuâ domo privatim, ſolus. Priſci enim illi in propatulo & atriis cœnabant frugali & plebeio contenti cibo. Valer. Max. c. 1. l. 2. Cœnationes habuerunt ſuas novi iſti gumiæ in quibus civium oculos fugerent. z Quis è majoribus? aa Jam verò clientes non ad cœnam rectam, ἐνλελῆς δεῖπνον admittuntur, ſed iis in domûs introitu apponitur ſportula cibum vel C Quadrantes continens; Nerone rectam cœnam ad ſportulam revocante. bb Clientibus & pauperibus, quorum toga eſt. cc Qui ſportulam diſtribuit. dd Nobiles ſordidè ſportulam petentes, quæ pauperibus parabatur.

[a] *Inquit Prætor.*
[b] *Inquit Tribunus.*
[c] Loco *vel* opibus: *& hoc ſalsè Poëta ſub perſonâ libertini.*
[d] Fl. Meſopotamiæ, qui oritur ex Niphate monte Armeniæ.
[e] Fiſſuræ vel foramina in lobis, more patrio: in Oriente quidem etiam viris aurum geſtare auribus depenſum decus exiſtimatur. Plin. 11. 37. cap.
[f] Quas in foro habeo
[g] Quadrigentaria cenſum equeſtrem conficiunt, 3125 libras.

Nobiſcum. [a] *Da Prætori,* [b] *da deinde Tribuno.*
Sed libertinus [c] *prior eſt; prior, inquit, ego adſum.*
Cur timeam, dubitemve locum defendere? quamvis
Natus ad [d] *Euphratem, molles quod in aure* [e] *feneſtræ* 105
Arguerint, licèt ipſe negem? ſed [f] *quinque taberna*
[g] *Quadringenta parant. Quid confert* [h] *purpura* [i] *majus*
Optandum? ſi Laurenti cuſtodit in agro
Conductas [k] *Corvinus oveis? ego poſſideo plus*
[l] *Pallante, &* [m] *Licinis. Expectent ergo Tribuni:*
Vincant divitiæ: [n] *ſacro nec cedat honori,* 111
Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat [o] *albis.*
Quandoquidem inter nos ſanctiſſima divitiarum
Majeſtas; etſi [p] *funeſta Pecunia templo*
Nondum habitas, nullas nummorum ereximus aras, 115
Ut colitur Pax, atque Fides, Victoria, Virtus,
Quaque ſalutato [q] *crepitat Concordia nido.*
Sed cùm [r] *ſummus honor finito computet anno,*
Sportula quid referat, quantum rationibus addat:
Quid facient [s] *comites, quibus hinc toga, calceus hinc eſt,* 120
Et panis [*] *fumuſque domi?* [t] *denſiſſima centum*
Quadranteis lectica petit, ſequiturque maritum
Languida, vel prægnans & circumducitur uxor.
Hic petit abſenti, notâ jam callidus arte,

[h] Equeſtris nobilitas purpurâ & annulo deſignata. [i] Majus & optandum. [k] Nobiliſſimâ ortus familiâ, pauper tamen. [l] Claudii liberto ditiſſimo, necnon quæſtoriis & prætoriis ornamentis inſignito. [m] Licinio Stolone Craſſo, P. Licinio cogn. divite, & Licinio Cæſaris liberto & touſore. [n] Prætorio aut tribunitio. [o] Servi è tranſmarinis advecti venales proſtituebantur cretatis gypſatiſque pedibus, ſignati ſigillo domini, ſi privati eſſent; Reip. ſi publica mancipia. Plin. l. 35. c. 17. [p] Etſi nondum exitioſam Pecuniam pro deâ colimus templis & aris, ut Pacem, Fidem, &c. [q] Et concordiam, cujus templi faſtigio poſitos nidos ciconiæ roſtro crepitantes reviſunt. Politian. c. 67. Miſcel. ductus Æliani teſtimonio de mutuo cornicum amore: cornicem exiſtimat fuiſſe concordiæ ſymbolum, non ciconiam. Ego verò omnino intelligi ciconiam credo, imò reſpexiſſe Juvenalem ad Ovidii verſ. 5. Metam. *Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia nido.* Porrò ciconias in auſpiciis concordiam polliceri ſcribit Jan. Douſ. P. ad Arbitr. l. 1. Flavius Conjectan. c. 53. *Ædem concordiæ* ſimpliciter intelligi vult, in qua Senatus aliquando haberi ſolitus, teſtibus Varrone & Lampridio, & quò cum ſtrepitu confluxere Patres. [r] Si (inquit Poëta) ſummi magiſtratus, prætores, &c. computent quantum annui reditûs ſportula referat, quid facient pauperes, quibus ſportula ſola victum & neceſſaria ſuppeditat? [s] Clientes & aſſeclæ. [*] Fuſca fumo domus, inquit Ramirel. ego ligna intelligo. [t] Plurimi Senatores lecticis vecti petunt ſportulam, circumducunt etiam ægrotas & gravidas uxores, quarum nomine ſportulam petant, interdum & abſentes illas ſimulant adeſſe in clauſis lecticis.

[a] *Oſtendens*

[a] *Oſtendens vacuam, & clauſam pro conjuge ſellam:*
[b] *Galla mea eſt, inquit,* [c] *citiùs dimitte: moraris?*
[d] *Proſer Gallæ caput:* [e] *noli vexare, quieſcit.*
Ipſe dies pulchro diſtinguitur ordine rerum;
[f] *Sportula,* [g] *deinde forum, juriſque peritus Apollo,*
Atque triumphales, inter quas auſus habere
[h] *Neſcio quis* [i] *titulos Ægyptius, atq;* [k] *Arabarches;*
Cujus ad effigiem [l] *non tantùm mejere fas eſt.*
Veſtibulis abeunt veteres, [m] *laſſique clientes,*
Votaque deponunt, quanquam longiſſima cœnæ
Spes homini: caules [n] *miſeris, atq; ignis emendus.*
[o] *Optima ſylvarum interea, pelagique vorabit*
[p] *Rex horum, vacuiſque toris tantùm ipſe jacebit.*
Nam de tot pulchris & latis [q] *orbibus, & tam*
Antiquis, [r] *unâ* [s] *comedunt patrimonia mensâ.*
Nullus jam paraſitus erit: ſed quis feret iſtas
[t] *Luxuriæ ſordes?* [u] *quanta eſt gula, quæ ſibi* [w] *totos*
Ponit apros, animal [x] *propter convivia natum?*
[y] *Pœna tamen præſens, cùm tu* [z] *deponis amictus*
Turgidus, & crudum pavonem in balnea portas.
[aa] *Hinc ſubitæ mortes, atque inteſtata ſenectus.*
[bb] *It nova nec triſtis per cunctas fabula cœnas:*
Ducitur [cc] *iratis plaudendum funus amicis.*
[dd] *Nil erit ulteriùs quod* [ee] *noſtris moribus addat*

a Diſtributori.
b Uxor mea.
c Nec valet, dato & dimitte.
d *Inquit diſtributor.*
e *Reſpondet maritus impoſtor,* noli vexare, quieſcit, dormit.
f Primâ & ſecundâ horâ clientes ſalutant patronos & ſportulam petunt. Vide Mart. ep. 8. lib. 4.
g Deinde deducunt eos ad forum Auguſti, in quo jura reddebantur juxta Apollinis eburneam ſtatuam; ubi viſuntur triumphales ſtatuæ. h Criſpinus, uti volunt interpretes. Cùm verò neque conſtet de regimine nec ſtatuâ Criſpini, magis propendeo in ſententiam Alciati, ut ſit Tib. Alexander, qui regebat Ægyptum ipſe ejuſdem nationis teſte Tacito 1. hiſt. cui aſtipulatur Euſeb. lib. 2. Hieronymus tamen Joſephum à Judæis creatum ducem intelligi vult, cui poſtea propter ingenium, virtutem & vaticinium de imperio Veſpaſianus ſtatuam dedit triumphalem. i Imaginem. k Arabiæ præfectus mollis & delibutus: *vel*, ſervorum ex Arabiâ ſummus. Turneb. legit Alabarches, quem vide 11. lib. 25. c. & Brodæus 4. lib. Miſc. c. 2. ex Juſtiniani edictis & Joſepho legit ἀλαβάρχην. malè credo: ut ſit ſcripturæ magiſter, ab ἄλαβα, quod, Heſychio teſte, eſt atramentum. l Sed & alvum exonerare. m Poſt longam cœnæ exſpectationem. n Spe cœnæ rectæ fruſtratis. o Optimas feras & delicatiſſimos piſces. p Dives patronus. q Menſis vel patinis. r Ad quam dominus & conjux ſoli accumbunt: *vel* ſola, nemine ad cœnam vocato. s Abſumunt lautis epulis patria bona. t Luxuriosè ſibi, amicis ſordidè. u Iſtius divitis & ejuſmodi multorum. w In Romanorum apparatis conviviis integer apponi ſolebat aper. x Quod multis ſufficeret. Solidum aprum Romanorum primus in epulis apposuit P. Servilius Rullus. Plin. lib. 8. c. 51. y Nec tamen impune helluaris. z Balnea ingreſſurus portas pavonis carnem omnium difficillimæ concoctionis. aa Ex nimiâ repletione & cruditate dum in balnea deſcendis. bb Divulgatur rumor de tuâ morte per omnia convivia. cc Quibus inteſtatus nihil reliqueris. dd Nil ſceleris aut vitii reſtat, quod.... ee Perditis ac peſſimis.

[a] Poſteri nec pejora excogitare poterunt.

[b] Stat in ſummo, ut ulteriùs aſcendi non poſſit.

[c] Poëta ſe ad ſcribendum incitat. *Immitte rudentes, pande vela, ac ſi quando aliàs, toto ingenio vehere.* Plin. ep. 4. l. 8.

[d] Velorum. Met.

[e] Græcorum Comicorum & Lucilii.

[a] *Poſteritas: eadem cupient, facientque [a] minores.*
Omne in [b] præcipiti vitium ſtetit: [c] *utere velis:*
Totos pande [d] ſinus. Dicas hic forſitan, unde
Ingenium par materia? unde illa [e] priorum
Scribendi quodcunque [f] animo flagrante liberet
[g] Simplicitas, [h] cujus non audeo dicere nomen?
Quid refert dictis ignoſcat [i] Mutius, an non?
[k] Pone Tigellinum; [l] tadâ lucebis in illâ,
Quâ ſtantes ardent, qui [m] fixo gutture fumant,
[n] Et latum mediâ ſulcum diducet arenâ.
[o] Qui dedit ergo tribus patruis [p] aconita, vehatur
[q] Penſilibus plumis, atque illinc deſpiciat nos?
[r] Cùm veniet contrà, digito compeſce labellum:
Accuſator erit, qui verbum dixerit, hic eſt.
[s] Securus licet Æneam Rutulumque ferocem
[t] Committas: [u] nulli gravis eſt percuſſus Achilles,

f Irâ & odio adversùs vitia & vitioſos. g Libertas, quæ ſimpliciter ſine velamento aut ambage loquitur quod ſentit. h Adeò per delatores à Domitiano oppugnata eſt & oppreſſa. i Mutius Albutius, quem inſectatus eſt Lucilius. Perſ. Sat. 1. *Te Lupe, te Muti.* k Licuit quidem, reſpondet monitor, Lucilio liberè invehi in ſcelera & flagitioſos, nondum inhibitâ à tyrannis libertate: ſed ſi tu notâris Tigell. vel alium quemlibet Imperatori gratum. De Tigellino ſupra, ad verſ. 59. l Indutus tunica moleſtâ ex ſparto, pice & bitumine illito, ardebis: vid. Sat. 8. v. 235. Brodæum Miſcellan. 2. l. 9. c. & Sigonium De Judiciis 3. l. 19. c. m Fixo gutture ne ſe curvarent Sic Plin. in Panegyrico. *Contigit deſuper intueri delatorum ſupina ora, retortaſque cervices:* & Sueton. de Vitellio c 17. *reducto comâ capite, ceu noxii ſolent, atque etiam mento mucrone gladii ſubjecto, ut viſendam præberet faciem, neve ſubmitteret:* vel unco impacto. Senec. 3. l. 3. c. De Irâ: *circumdati defixis corporibus ignes:* ubi alii legunt, *defoſſis corp.* & ita ſulcus eſt ipſa foſſa. *Lipſius ibi.* n Lipſius in loc. cit. legit ex vet. cod. *Et latus mediam ſulcus diducit arenam:* ut ſulcus ſit foſſa in mediâ arenâ, quâ defoſſi & ad palum defixi cremabantur vivi, *ſicut proximè adnotatum eſt.* Verùm ad necis adactæ vel ſpontaneæ neceſſitatem redactis ſcrobes vel ab aliis vel ab ipſis præparari ſolitæ, fortè ad evitandum caſum ἀχήμονα in ipsâ morte. Ejuſmodi ſcrobem Vejanus Niger tribunus Flavio effodi in proximo agro juſſit. Tacit. 15 Annal. Carnifices Alexandrini duxerunt latrones ἐπὶ τὸ βόθυνον. Philoſtrat. in Vitâ Apoll. lib. 5. c. 8. Labeo apud Appianum 4. l. bel. Civil. βόθρον ὄρυξε, &c. Sic Nero ſibi ſcrobem coram fieri, dimenſus ad corporis ſui modulum, imperavit. Sueton. c 49. Ner. o Ergo, *inquit Poëta*, Tigellinus qui, &c. vide ſupra 67. verſ. p Lethalem herbæ venenoſæ ſuccum. q In lecticâ altè erectus, ſuffultus pulvinis plumâ delicatiſſimâ farctis. r Ubi verò Tigellinus vel ejuſmodi quiſpiam, *dicit monitor*, obviam tibi fiet. s Tutiùs epico carmine hiſtorias ſcribes & prælia, ut Virgilius certamina Æneæ & Turni Rutulorum ducis. t Alluſum ad ἐπιδείξεις vel ἀγῶνας, ubi committebantur paria in μονομαχίαι aut arenâ, veluti committebantur artes expendendæ in odeo, theatro, locove alio publico: ſub præmio indice, ſpectaculo judice, voluptate ſententia. u Neminem offendit Hiſtoria de Achille percuſſo.

Aut multùm [a] *quæſitus* [b] *Hylas, urnamque ſecutus.*
Enſe velut ſtricto quoties Lucilius ardens
[c] *Infremuit,* [d] rubet auditor, cui [e] frigida mens eſt
Criminibus, tacitâ ſudant præcordia culpâ.
Inde iræ, & lacrymæ: [f] *tecum priùs ergo voluta*
Hæc animo, ante tubas: [g] galeatum ſerò duelli
Pœnitet. [h] *Experiar quid concedatur in illos,*
Quorum [i] *Flaminiâ tegitur cinis atque Latinâ.*

a Ab Hercule. b Qui aquatum profectus dum ſe inclinaret, unà cum urnâ decidit in flum. Aſcanium. c Inf. indignabundo ore.

d Pudore & irâ, quæ vindictam cogitat. e Metu & conſcientiâ ſcelerum. f Priuſquam claſſicum canas & Satyricum diſtringas ſtylum. g Pugnæ commiſſæ ſera pœnitentia. h Quoniam itaque, *inquit Poëta*, periculoſæ eſt plenum opus aleæ, legibuſque cautum nequis vivos carmine proſcindat, experiar quid liceat in mortuos. i In viis Flam. & Lat. nobilium urnæ & reliquiæ condebantur, ſuperextructis ſepulchris.

SATYRA II.

Reprehendit hypocriſin in Philoſophis, Judicibus, Sacerdotibus, Ducibus, Nobilibus: qui omnes impiè de inferorum ſuppliciis ſentientes, victores ipſi à victis gentibus corrumpuntur, necnon alios corrumpunt.

[a] *ULtra* [b] *Sauromatas fugere hinc libet, &* [c] *glacialem*
[d] *Oceanum, quoties aliquid de moribus* [e] *audent*
Qui [f] *Curios ſimulant, &* [g] *Bacchanalia vivunt.*
[h] *Indocti primùm: quanquam plena omnia* [i] *gypſo*
[k] *Chryſippi invenias. Nam* [l] *perfectiſſimus horum eſt,*
Si quis [m] *Ariſtotelem ſimilem, vel* [m] *Pittacon emit,*
* *Et jubet* [n] *archetypos* [o] *pluteum ſervare* [p] *Cleanthas.*
Fronti nulla fides. *Quis enim non* [q] *vicus abundat*
[r] *Triſtibus obſcœnis? caſtigas turpia, cùm ſis*
Inter [s] *Socraticos notiſſima foſſa* [t] *cinædos.*
Hiſpida membra quidem, & duræ per brachia ſetæ

Ad barbaras & remotiſſimas uſq; gentes rapidâ fugâ me conferre malim, quàm hîc Romæ degere, ubi ficti Philoſophi verbis quidem præ ſe ferunt continentiam, vitâ verò & moribus flagitioſiſſimi ſunt & impuriſſimi. b Europæ atque Aſiæ versùs Boream incolas. *Ruſſos & Tartaros.* c Septentrionalem. d Mare, ab ὠκὺς, celer & ῥεῖσθαι fluere. e Supple diſſerere aut præcipere. f Continentiam M. Curii viri frugalis & optimi. g Tanquam celebrantes Bacchanalia omnium ſcelerum ſeminarium. Liv. 4. 9. h Apprimè indocti. i Statuâ gypſaceâ. k Stoici & in Dialecticis acutiſſimi & acerrimi. l Ironicè vel Stoicorum perfectiſſimus haberi vult. m Imaginem Ariſtotelis vel Pittaci ſapientis. * Ordo eſt, jub. plut. ſer. arch. Cle. n Primogenios & originales typos ad vivam imaginem formatos. o Armarium, muſeum. p Imagines Cleanthis Philoſophi diligentiſſimi, & aliorum Philoſophorum. q In urbe. r Hypocritis, fronte ſeveris, vitâ turpibus. s Pathica ſentina. *Synecdoch.* notiſſimus pathicus. t Cinædos & draucos, qui tamen Socratis ſanctimoniam & diſciplinam præ ſe ferunt; & ipſe Socrates malè audiebat nomine maſc. amoris. Lucian. βίων πρᾶσις, & ἀληθὴς ἱστορίας λόγος β. & εἰκόνες. Firmicus l. 7. c. 14. Sunt tamen qui legi volunt *Sotadicos* à Sotade poëtâ Maronenſi, qui primus ſcripſit cinædica, de quo Suidas & Strab.

Promittunt

Promittunt [a] *atrocem animum: ſed podice* [b] *lævi*
Cæduntur tumidæ, [c] *medico ridente,* [d] *mariſcæ.*
Rarus ſermo illis, & magna [e] *libido tacendi,*
Atque [f] *ſupercilio brevior coma.* [g] *Veriùs ergo,*
Et magìs ingenuè [h] *Peribomius: hunc ego* [i] *fatis*
Imputo, qui vultu [k] *morbum inceſſuque fatetur.*
Horum ſimplicitas miſerabilis, his furor ipſe
Dat veniam: ſed [l] *pejores, qui talia* [m] *verbis*
Herculis invadunt, & de virtute locuti
Clunem agitant. Ego te ceventem, [n] *Sexte, verebor,*
Infamis Varillus ait? quo deterior te?
Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus.
Quis tulerit [o] *Gracchos de ſeditione querenteis?*
[p] *Quis cœlum terris non miſceat, & mare cœlo,*
Si fur diſpliceat [q] *Verri, homicida* [r] *Miloni,*
[s] *Clodius accuſet mœchos,* [t] *Catilina Cethegum,*
In [u] *tabulam Sullæ ſi dicant* [w] *diſcipuli tres?*
[x] *Qualis erat* [y] *tragico nuper* [z] *pollutus adulter*

[a] Gravem & Severum. [b] Δόκος, δοκιμασίζομένω. Vide Perſii Sat. 4. ỳ. 40. [c] Ut qui iciat ulcera hæc ex turpitudine conflata eſſe, & juſſa incidi, ut ad eandem redeas. [d] Ulcera podicis ex attritu nata; ut hic in pathicis, alias iis qui nudo equo inſident: ut Mart. epig. 86. l. 14. [e] quæ à ſimilitudine, quam habent cum ficu, quam mariſcam appellant, dicuntur: ut Græcè σύκωσις. [f] Voluntas & ſpecioſum ſilentii ſtudium, [g] Crine Stoicus. Stoici autem ad cutim tondebantur, ut coma brevior eſſet ſupercilio. [h] Tolerabiliùs ſimpliciúſque facit Peribomius. [i] Infignis ille cinædus, turpitudinem palam profeſſus. [k] Hujus vitia non malitiæ ſuæ, ſed fatis imputo vel crafi, ſeu potiùs ἀκρασίᾳ, imò ἀκολασίᾳ ut Perſ. 3. de Natta. *Sed ſtupet hic vitio.* [l] Morbum animi, i. e. vitia & levitatem, *vél* etiam corporis morbos ſc. mariſcas, ut ſupra ỳ. 13. [l] Sed illi longè pejores, qui talia (id eſt, ex impetu peccantium) vitia increpant, [m] Gravibus, ſeveris, quæ Herculem Prodici illum in bivio (ut eſt apud Xenophont. ἀπομνημ. β.) deceant; vel grandibus & magnificis, qualia uſurparet fortis ille Hercules. [n] Stoice pathice: egone te ceventem, i. e. clunes agitantem verebor? inquit Varil. vir notiſſimæ infamiæ. [o] Tib. & Caium, qui tribuni, dum reducere leges agrarias conarentur, ipſi oppreſſi ſunt cæſique. [p] Quis non omnia confundat & exclamet, *O cœlum, ò terra, ò maria Neptunia!* [q] Qui furtis & rapinis Siciliam ſpoliavit, notiſſimus ex Ciceronis in eum actionibus. [r] Qui interfecit P. Clodium: notus item ex Cicer. [s] Nobilis adulterio Cæſaris Uxoris, germanæq; ſororis inceſtu, [t] Conjuratores in Remp. [u] Proſcriptionis tabulam. [w] Cæſar, Pompeius, Craſſus, *rectiùs* Auguſtus, Lepidus, & Antonius, qui idem fecere quod Sylla. [x] Aliorum rigidus cenſor. *Nôſtine illes* (inquit Plin. ep. 22. l. 8.) *qui omnium libidinum ſervi ſic aliorum vitiis iraſcuntur, quaſi invideant, & graviſſimè puniunt quos maximè imitantur?* [y] Tragici argumenti, tragœdiis digno. [z] Claudius Imperator Agrippinam filiam fratris Germanici duxit, quæ ſæpius abortum fecit, ne cohæredem Neroni pareret: cùm verò Juliam nominet, idque nuper factum dicat, intellige de Domit. qui Juliam T. Veſp. filiam alteri nuptam corrupit, eique coactæ conceptum à ſe abigere mortis cauſa extitit. Suet. Dom. c. 22.

Con-

Concubitu! qui tunc [a] *leges revocabat amaras*
Omnibus, atque [b] *ipſis Veneri Martique timendas;*
Cùm tot abortivis fœcundam Julia vulvam
Solveret, & patruo ſimileis effunderet [c] *offas.*
Nonne igitur jure ac merito [d] *vitia ultima* [e] *fictos*
Contemnunt Scauros, & [f] *caſtigata remordent?*
Non tulit ex [g] *illis* [h] *torvum* [i] *Laronia quendam*
Clamantem toties: Ubi nunc [k] *lex Julia? dormis?*
Ad quem [l] *ſubridens:* [m] *Felicia tempora, quæ te*
Moribus opponunt: [n] *habeat jam Roma pudorem:*
[o] *Tertius è cœlo cecidit Cato: ſed tamen unde*
Hæc emis, hirſuto ſpirant [p] *opobalſama collo*
Quæ tibi! ne pudeat dominum monſtrare taberna,
Quod ſi [q] *vexantur leges, ac jura: citari*
Ante omnes debet [r] *Scantinia: reſpice primùm*
Et ſcrutare viros: faciunt hi plura: [s] ſed illos
Defendit numerus junctæque umbone phalanges.
Magna inter molleis concordia: *non erit illum*
Exemplum in noſtro tam deteſtabile ſexu,
[t] *Tædia non lambit Cluviam, nec Flora Catullam.*
[u] *Hiſpo ſubit juvenes, &* [w] *morbo pallet* [x] *utroque.*
Nunquid nos agimus cauſſas, civilia jura
Novimus, aut ullo ſtrepitu fora veſtra movemus?
Luctantur [y] *paucæ, comedunt* [z] *calyphia paucæ:*
Vos lanam trahitis, calathiſque peracta refertis
Vellera: vos tenui [z] *prægnantem ſtamine fuſum*
[aa] *Penelope meliùs, leviùs torquetis* [bb] *Arachne:*
Horrida quale facit reſidens in [cc] *codice* [dd] *pellex.*

a Juliam contra adulteros, & alteram quâ interdictum mares caſtrari.
b Diis adulteris.
c Fœtus immaturos, embryones, deformes inſtar Domitiani.
d Intemperantes, extremè vitioſi.
e Hypocritas, cujuſmodi erat M. Æm. Scaurus, qui fuit (teſte Salluſtio) nobilis impiger, &c. ſed & callidè ſua vitia occultans. *Synecd.*
f Et ipſi objurgati remordent, id eſt, viciſſim objurgant
g Hypocritis.
h Severum.

i Mulier dives eademque procax. k Verſ. 30. *leges amaras.* l Aut Laronia ſubridens. m Ironicè n Vereantur Romani peccare te præſente, ut quondam Catone in Floralib. o Tertius morum gravis caſtigator, adjectus Cenſorio & Uticenſi. p Plinio oleum Balſaminum. Ab ὀπὸς id eſt, ſuccus, & βάλσαμον à בעל שמן id eſt, princeps Olei. q Excitantur ne dormiant; ut ℣. 37. r In pædicones lata, dicta à C. Scantinio, qui Marcelli Filium de ſtupro appellavit. Valer. Max. lib 6. c. 1. quamvis autem leges plerunque habent nomen ab eis, qui tulerunt, non rarò item à damnatis, ut Laja à Lajo, qui primus omnium intulit ſtuprum Chryſippo Pelopis filio. s Verùm illi ſe forſan ſatis tutos credunt, quòd plures ſunt, numero ſcilicet pugnantes & ſe invicem tutantur factâ quaſi teſtudine συνασπιζόντες. t Ipſæ meretrices non fellant. u Cinædus quiſpiam. w Agendo & patiendo. x Nævia enim in primâ Sat. figit aprum, & in ſextâ ſunt quæ in theatris luctantur. y Luctatorum cibos ceu panes: vide quæ ad Martialis ep. 66. lib. 7. notavimus. z Gravidum, intumeſcentem filo. aa Ulyſſis uxore, quæ procos telâ, quam nocte retexebat, decepit. bb Puella Lydia, à Pallade, quam in certamen textoriæ artis provocârat, victa & in araneam verſa. cc Ligneo ſtipite, quem alligatum ſervi, qui deliquerant, trahebant, cuique inſidebant. Angl. *a clog.* dd In adulterio cum domino deprehenſa, & perpetuo lanificio damnata.

Notum

Notum eſt, cur [a] *ſolo* [b] *tabulas impleverit* [c] *Hiſter*
Liberto, dederit vivus cur multa [d] *puellæ.*
Dives erit, magno quæ dormit [e] *tertia lecto.*
Tu nube, atque tace: [f] *donant arcana cylindros.*
De [g] *nobis poſt hæc triſtis ſententia fertur:*
Dat veniam [h] corvis, vexat cenſura [i] columbas.
[k] *Fugerunt trepidi vera ac manifeſta canentem*
Stöicidæ. Quid enim falſi Laronia? ſed quid
Non facient alii, cum tu [l] *multitia ſumas,*
[m] *Cretice, & hanc veſtem populo mirante perores*
In [n] *Proculas & Pollineas? Eſt mœcha Fabulla:*
Damnetur; ſi vis, etiam Carſinia: [o] *talem*
Non ſumet damnata togam. Sed [p] *Julius ardet,*
Æſtuo. [q] *Nudus agas: minùs eſt inſania turpis.*
[r] *En habitum, quo te leges ac jura ferentem*
[s] *Vulneribus crudis populus modò victor, & illud*
[t] *Montanum poſitis audiret vulgus aratris.*
[u] *Quid non proclames, in corpore judicis iſta*
Si videas? quæro an deceant multitia [w] *teſtem.*
Acer, & indomitus, libertatiſque magiſter,
Cretice, [x] *pelluces.* [y] *Dedit hanc contagio labem,*
Et dabit in plureis: ſicut grex totus in agris
Unius ſcabie cadit & * porrigine porci,
[z] Uvaque conſpectâ livorem ducit ab uvâ.

[a] Ex aſſe hærede conſtituto. [b] Teſtamenti tab. [c] Hiſt. Pacuvius, dives infamis, de quo Sat. 12. v. 128. [d] Uxori ut taceret liberti cum marito ſcelus. [e] Cùm marito & drauco. [f] Mariti molles uxoribus, ut taceant, dant lapillos pretioſos ad ornatum & oblongos in modum Cylindri, inaures, uniones ovalem formam habentes. Plin. de Beryllis. lib. 37. cap. 5. Solin. Polyhiſtor. c. 65. [g] Miſeris mulierculis. [h] Caſtigatio morum ignoſcit virorum malorum nequitiæ, vexat mulierum ſimplicitatem: alii polypoſi magis quàm naſuti per corvos intelligi *fell.* volunt. [i] Simplices & infirmas mulieres. [k] Fugerunt, inquit Poëta, ficti illi, nec ſibi conſtantes atque ſcelerum conſcii Philoſophi Laroniam. [l] Veſtes *(ſi modò veſtes vocandæ ſunt,* inquit. Senec. 7. de Benef. c. 9 *in quibus nihil eſt, quo defendi aut corpus aut denique pudor poſſit, &c.)* ſericas vel bombycinas molli intextas ſubſtamine & in tantum tenues, ut per eas ſingula membra perſpici poſſint. *Ut denudet fœminas veſtis.* Plin. 11. 22. [m] O Judex: alludit-que vel ad Creticum, vel ad Cretam inſ. in quâ fuerunt judices ſeveriſſimi, Jovis filii. [n] Meretrices & mœchas. [o] Fœminis quippe adulterii convictis non niſi virili togâ indutis in publicum prodire licebat. [p] Sed *inquies,* Sol in menſe Julio ardet. [q] Nudus itaque eas: præſtat enim te inſanum quàm mollem haberi. [r] Ironicè. Egregius ſanè judex, quem audiant illi priſci Romani militiæ & agriculturæ intenti, ſub infantiâ & juventute imperii Rom. [s] E recenti prælio redeuntes antiqui illi & bellicoſi Romani. [t] Ruſtici illi rudes & ab omni mollitie alieni. [u] Quid convitiorum non proclametis, O antiqui Romani, militiâ & agriculturâ horridi, in mollem hunc judicem? [w] Multo minùs judicem. [x] Membra per veſtem tenuem apparent. [y] Tu mollium commercio corruptus mox & aliis affricabis hanc mollitiei labem, non ſecus ac, &c. * Alii legunt *prurigine.* [z] Ex opinione vulgi, inquit Turneb. Adv 15. c. 17. cenſentis unam uvam ſub vindemiam ab alterâ conſpectâ colorari, vel corrumpi.

Fœdius hoc aliquid quandoque audebis amictu.
Nemo repente fuit turpiſſimus. *Accipient te*
Paulatim, [a] *qui longa domi redimicula ſumunt*
Frontibus, & toto poſuêre monilia collo,
Atque [b] *Bonam tenerâ placant abdomine* [c] *porcâ,*
Et magno cratere Deam: ſed [d] *more ſiniſtro*
Exagitata procul non intrat fœmina limen.
Solis ara Deæ maribus patet. Ite profanæ,
Clamatur: nullo gemit hic tibicina cornu.
* *Talia* [e] *ſecretâ coluerunt* * *Orgia tædâ*
[f] *Cecropiam ſoliti* [g] *Baptæ* [h] *laſſare* [i] *Cotytto.*
[k] *Ille ſupercilium madidâ fuligine* * *tactum*
[l] *Obliquâ producit acu, pingitque trementeis*
Attollens [m] *oculos;* [n] *vitreo bibit ille Priapo,*
[o] *Reticulumque comis auratum ingentibus implet,*
Cærulea indutus [p] *ſcutulatâ, aut* [q] *galbana raſâ,*
[r] *Et per Junonem domini jurante miniſtro.*
[s] *Ille tenet ſpeculum pathicæ geſtamen Othonis,*

a Innuit effœminatos ſacerdotes, quos in Albano Domitianus conſtituerat, qui celebrarent quotannis Quinquatria Minervæ, cui collegium ibidem conſecrârat. Suet. Dom. 4. c. atque horum ſacra dicit magis Orgia & Cotyttia referre quàm Gynæcea.

b Minervam Domitiano ſuperſtitiosè cultam, cujus ſacra celebrarent Albani iſti Flaviales ſacerdotes eâdem religione quâ matronæ Rom. colebant Bonam Deam, Maiam, Terram, Proſerpinam, Opem, &c. Vide Macrob. 1. Sat 12. c Quæ propria eſt Terræ ſeu Proſerpinæ hoſtia: quòd ea ſegetes quas Ceres mortalibus oſtenderat primùm eſt depaſta. Macrob. ibid. d Contrario ritu, amotis ſcil. fœminis, ut in τοῖς γυναικείοις excluduntur mares: ita ut vera ſit illa Etymologia Apollonii interpretis. * Orgia dicta ἀπὸ τοῦ ὄρεσθαι, quòd profani arceantur à ſacris, utcunque alii deducunt ἀπὸ τῆς ὀργῆς, furore Bacchico, alii ἀπὸ τῶν ὀρῶν, montibus in quibus celebrantur, &c. * Neque minore cum turpitudine, ſcelere & impudicitiâ celebrantur hæc Minervæ Quinquatria, quàm nocturna illa ſacra Cotyttia à Thracibus recepta coluerunt Athenis ſacerdotes Deæ Cotyttûs, Baptæ dicti: aut Romæ quondam apud nos Bacchanalia omnium flagitiorum ſeminarium. e Nocturnâ vel myſticâ face. f Athenienſem, à primo Athenarum Rege. g Sacerdotes molles & effœminati Deæ Cotyttûs, in quorum laſciviam ſcripſit Eupolis comœdiam Baptas. h Ad laſſitudinem ſaltare, *vel* fictam Deæ perſonam delaſſare. i E pſaltriâ ſeu ſaltatrice Deam impudentiæ. Politian. Miſcel. c. 10. k Alius ſupercilia denigrat. *Tanta eſt decoris affectatio, ut tinguntur oculi quoque*, inquit Plin. lib. 11. c. 37. Oculos ejuſmodi Hieronymus vocat, *orbes ſtibio fuligmatos.* * Alii *tinctum.* l Calamiſtro. Ang. *A criſping pin:* acu crinali Apuleio. m Genas vel pilos oculorum, vel ipſa ſupercilia. n Non ſecus ac impudica ac libidine efferata mulier, quæ ex pene è vitro facto bibit. o *A Coif or Caul.* p Veſtimenta plurimas ſcutularum formas habentia, quales cernuntur in aranearum telis. q Subalba, à flore galbani ferulæ in Syria, cujus ſuccus notus: vel galbinea: i. e. cærulea veſtimenta raſa, quæ pilis & villis carent. r Ipſo ſervo in tantum molli, ut juret (more domini ſui) per Junonem, quod mulieres faciunt: uti viri per genium ſuum, Jovem, Herculem, &c. ſic Quartilla apud Petronium *Junonem meam iratam habeam, ſi,* &c. s Alius habet ſpeculum quod geſtârat Otho Imperator, inſtar haſtæ; *vel* quo munere Othonis gloriatur iſte æquè inſolenter, ac Turnus haſtâ Actoris Aurunci apud Virg. 12. Æn.

Actoris

Actoris Aurunci ſpolium; quo ſe [a] *ille videbat*
Armatum, cùm jam tolli vexilla juberet.
[b] *Res memoranda novis annalibus, atque recenti*
Hiſtoriâ, ſpeculum [c] *civilis ſarcina belli.*
[d] *Nimirum ſummi ducis eſt occidere Galbam,*
Et curare cutem ſummi conſtantia civis,
[e] *Bebriaci in campo ſpolium affectare Palati,*
Et preſſum in faciem digitis extendere panem;
[f] *Quod nec in Aſſyrio phareträta Semiramis orbe,*
[g] *Mœſta nec Actiacâ fecit Cleopatra carinâ.*
[h] *Hic nullus verbis pudor, aut reverentia menſæ:*
Hic [i] *turpis Cybeles &* [k] *fractâ voce loquendi*
Libertas, & crine ſenex [l] *phanaticus albo*
Sacrorum antiſtes, rarum ac memorabile magni
[m] *Gutturis exemplum,* [n] *conducenduſque magiſter.*
Quid tamen expectant, [o] *Phrygio quos tempus erat*
jam
More [p] *ſupervacuam* [q] *cultris abſcindere* [r] *carnem?*
Quadringenta dedit [s] *Gracchus ſeſtertia* [t] *dotem*
Cornicini, [u] *ſive hic rectè cantaverat ære.*
Signatæ [w] *tabulæ:* [x] *dictum* feliciter: *ingens*
Cœna [y] *ſedet: gremio jacuit* [z] *nova nupta* [aa] *mariti.*
O proceres, [bb] *cenſore opus eſt, an* [cc] *haruſpice nobis?*
Scilicet horreres, majoraque monſtra putares,
Si mulier vitulum, vel ſi bos ederet agnum?

a Otho.
b Ironicè.
c Inter Othonem & Vitellium. Nec deeraut (inquit Tacitus de hoc ipſo bello) qui ambitione ſtolidâ luxurioſos apparatus conviviorum, & irritamenta libidinum, ut inſtrumenta belli, mercarentur.
d Parum conveniunt inter ſe hæc Othonis, qui veluti fortis ac ſummus civis curavit Galbam interficiendum: ſimul cum Vitellio de palatio & imperio Rom. dimicavit: idemque mollis ſe quotidie raſit, & pane lacte aſinino madido faciem perpolivit. Sueton. Otho. 12. cap. Sed non erat Othonis mollis & corpori ſimilis animus: inquit Tacitus I. hiſt. e Oppidi inter Veronam & Cremonam, ubi Othoniani à Vitellianis victi: ipſe Otho, qui malis conſilii authoribus obaudiens Brixellum conceſſerat, accepto cladis nuncio, civilis belli odio ſe interemit. f Cujuſmodi mollitiem in ſpeculo & fucis ſibi, quandiu bella exercebant, negârunt luxurioſiſſimæ illæ reginæ Babyloniæ & Ægypti. g Victa navali prælio ad Actium h Inter hos molles ſacerdotes Flaviales in collegio Albano: ſupra ad verſ. 86. i Turpis libertas ſermonis, qualis eſt inter Gallos deæ Phrygiæ ſacerdotes ſemiviros inhoneſtos & obſcænos. k Laſciva & diſſoluta. l Numine afflatus, furiis correptus. m Gulæ, vel etiam vocis n Gulâ & vitiis dignus, qui huic turpi collegio præeſſet. Dignum patellâ operculum. o More ſacerdotum Phrygiæ deæ. p Quæ iis mulierbria patientibus nulli eſt uſui. q Lapideis vel teſtâ Samiâ ad imitationem Atis pueri Cybele dilecti. r Penem, virilia s Nobilis. t Dotis nomine u Aut certè tubicini. w Nuptiales & Dotales. x Acclamatum eſt; *Feliciter cedant nuptiæ.* E formulâ gratulationis bonique ominis. Senec. Ep. 67. y Poſita eſt: *Ut in prima Sat. Sportula ſedet: vel* multi cœnantes ſedent. z Gracchus. aa Cornicinis aut tubicinis. bb Qui ſpurciſſimos hos mores corrigat. cc Qui inſpectis harugarum, id eſt, hoſtiarum extis portenta hæc expiet.

Segmenta

[a] *Segmenta, & longos habitus, & [b] flammea ſumit,*
[c] Arcano [d] qui ſacra ferens nutantia loro
Sudavit clypeis [e] ancilibus: [f] ô pater urbis!
Unde nefas tantum Latiis [g] paſtoribus? unde
Hæc tetigit, [h] Gradive, tuos [i] urtica nepotes?
[k] Traditur ecce viro clarus genere atque opibus vir:
Nec galeam quaſſas, nec terram cuſpide pulſas,
Nec quereris [l] patri: vade ergo, & [m] cede ſeveri
*Jugeribus campi, quem negligis. * Officium cras*
Primo ſole mihi peragendum [n] in valle Quirini.
** Quæ cauſſa officii? quid quæris? nubit amicus,*
Nec multos adhibet: [o] liceat modò vivere: fient,
Fient [o] iſta palam, cupient & [p] in acta referri.
Interea tormentum ingens [q] nubentibus hæret,
Quòd nequeunt [r] parere, & partu retinere maritos.
Sed [s] melius, quòd nil animis in corpora juris
Natura indulget: ſteriles moriuntur, & illis
Turgida non prodeſt conditâ pyxide [t] Lyde;
Nec prodeſt agili palmas prabere [u] Luperco.
Vicit & hoc monſtrum [w] tunicati [x] fuſcina Gracchi,

a Monilia interpretatur Servius, 1. Æneid. ego fimbrias expoſuerim Anglicè, *gards or laces.* quas mulieribus aureas indultas teſtatur Valer. l. 9. c 1.

b Velamenta lutea vel rubra, quibus tegi novis nuptis mos erat.

c Ab interiore parte annexo, *vel* ipſo ancili pluribus ejuſdem formæ immiſto, ne poſſet dignoſci: mox not. e.

d Unus è Saliis, id eſt, Martis ſacerdotibus, qui ancilia collo ſuſpenſa ferebat ſaltando ſudans.

e Scutis auciſis, i. e, undique circumciſis, è quibus primum è cœlo decidiſſe fertur: oraculo edocti Romani ibi fore perpetuum imperium, ſi hoc aſſervaretur: ad ejus ſimilitudinem & alia undecim effinxere ne internoſceretur.

f Mars pater Romuli, qui urbem Rom. condidit.

g Rudibus primùm & agreſtibus.

h Mars à gradiendo in bello ultro citroque, vel à κραδάω. haſtam vibro.

i Libidinis pruritus.

k In matrimonium Doriphoro liberto, ſicut ipſi Sporus, ita ipſe denupſit: voces quoque & ejulatus vim patientium virginum imitatus, Sueton. Nero. 29. cap.

l Apud patrem Jovem.

m Recede à Campo Martio ſevero, quòd in eo fiebant comitia, exercitia militaria, & olim judicia. * διπλοϊκῶς hæc.

n In porticu vel templo Quirini, i. e. Romuli.

o Marium inter ſe ſponſalia & nuptiæ.

p Publico decreto, ut illa, quæ in libros actorum referuntur, tanquam res memorabiles, & quæ natæ ac legitimæ ſint, *vel* liberos habere cupient, quos patres profeſſi in acta publica referebant. Julius Capitolinus in Gordianis & in Aurelio: vide quæ ad ỳ. 84 Sat. 9. *libris actorum ſpargere gaudes Argumenta viri.*

q Maſculis hiſce.

r Ne ſteriles repudientur: liberi enim pignora & vincula conjugii. *Fœmina cum ſenuit retinet connubia partu, Uxoriſque decus matris reverentia penſat. Nos Lucina fugit, nec pignore nitimur ullo,* &c. Claudian. in Eutropiam 1.

s Bene conſuluit viris natura, ut ſi maximè velint tamen non poſſint in mulieres transformari.

t Arachne: ferunt (inquit Junius) Phyſici, mulierem ſterilem concipere poſſe, ſi pyxide incluſam araneam geſtet in ſinu. Turneb. l. 15. c. 17. de unguentariâ aliquâ craſsâ intelligit Lyde, quæ medicamina ſterilitatem amoventia promittit & venditat.

u Luperci ſacerdotes Februantes nudi per urbem diſcurrebant, hircinâque pelle feriebant palmas mulierum, quæ ſe offerebant, hinc fœcunditatem ſperantes.

w Depoſitâ nobili togâ, induti tunicâ ſine manicis Retiarii gladiatoris, qui inermis & in ſolâ tunicâ pugnabat

x Fuſcinâ & reti armatus. Retiarius mirmillonem, cujus galeæ inerat piſcis effigies, in amphitheatro captabat ſubinde dicens, *piſcem peto, non te peto, quid me fugis Galle?*

Luſtra-

Luſtravitque fugâ mediam gladiator arenam,
Et [a] *Capitolinis generoſior, & Marcellis,*
Et Catulis, [b] *Paulique minoribus, & Fabiis, &*
[c] *Omnibus ad podium ſpectantibus: his licèt* [d] *ipſum*
Admoveas, [d] *cujus tunc munere retia miſit.*
[e] *Eſſe aliquos Manes, & ſubterranea regna,*
Et [f] *contum, & Stygio ranas in gurgite nigras,*
Atque unâ tranſire vadum tot millia cymbâ,
Nec pueri credunt, niſi [g] *qui nondum ære lavantur.*
Sed tu vera puta. Curius quid ſentit, & ambo
[h] *Scipiadæ, quid Fabricius, maneſq; Camilli,*
Quid [i] *Cremeræ legio, &* [k] *Cannis conſumpta juventus,*
Tot [l] *bellorum animæ; quoties hinc* [m] *talis ad illos*
Umbra venit? cuperent [n] *luſtrari, ſi qua darentur*
[o] *Sulfura cum tædis, & ſi foret* [p] *humida laurus.*
[q] *Illuc heu miſeri traducimur. Arma quidem ultra*
Littora [r] *Juvernæ promovimus, & modò captas*
[s] *Orcadas, ac* [t] *minimâ contentos nocte Britannos:*
Sed [u] *quæ nunc populi fiunt victoris in urbe,*
Non faciunt illi quos vicimus: [w] *& tamen unus*
Armenius Zalates cunctis narratur ephebis
Mollior ardenti ſeſe indulſiſſe Tribuno.
[x] *Adſpice quid faciant commercia: venerat obſes.*
Hic fiunt homines: nam [y] *ſi mora longior urbem*
Indulſit pueris, non unquam deerit amator.

a Manliis.
b Poſteris, nepotibus Æmilii.
c Nobilibus in primo ſubſelliorum ordine ſpectantibus. Podium autem locus in Theatro Orcheſtræ proximus.
d Prætorem, qui munera gladiatoria exhibet. Munerarium. *Alii intelligunt Neronem, alii Domitianum.*
e Hinc verò hæc oriuntur ſcelera, quod inferos, fabulas eſſe aniles credant omnes.
f Quo Charon ratem ſubigit.
g Infantes qui nondum quadrimi in balneis non lavantur quadrante. h Scipiones qui in Hiſpaniâ perierunt, vel Africani major & minor. i 306 Fabii à Vejentibus ad Cremeram flu. intercepti & cæſi. k In Apuliâ ab Annibale. l Animæ virorum in bello cæſorum. m Turpis & monſtroſa cujuſmodi nunc ſunt animæ. n Veluti ipſo viſu contaminati. o Ignis ad expurgandum, & --- p ---- Aqua ex aſpergillo laureo q Et tamen traducimur omnes illuc, *viz.* ad inferos, reddituri apud judices vitæ rationem, & viſuri, quæ in vivis non credimus vera: pendetque hoc à verſu 149. ſupra. r Hiberniæ. *Irlandiæ*, s Inſulas xxx à Septentrionali parte Britanniæ à Claudio Imperatore adjectas Rom. imperio. t In Solſtitio æſtivo. u Nos Romani iis vitiis victi ſumus, quæ barbari illi quos armis vicimus non agnoſcunt. w Qui tamen aliquâ occaſione ad nos commeant, à nobis corruptelam morum ſibi contrahunt & in ſuam patriam referunt: ut ille Zalates qui obſes huc ex Armenia datus ſe expoſuit libidinoſo tribuno. x Ironicè. y Si diutiùs hic morentur, omittent & exuent cum patriis armis, cultellis, frænis & flagellis, quibus uſi fuerant domi in ſtudiis venationum & exercendorum equorum, & veſtitu, braccis, quæ Phrygibus, Lydis, Perſis, in uſu non ſecus ac Gallis (vide quæ Joſ. Scal. ad Propert. 4. lib. & quæ Caſaub. ad Suetonii Auguſt.) mores etiam patrios ſimplices & honeſtos, atque unà cum Romano cultu mores effœminatos (qui prætextam, pæsum decent) domum referent.

Mittentur

Mittentur braccæ, cultelli, frana, flagellum:
Sic prætextatos referunt [a] *Artaxata mores.*

[a] Majoris Armeniæ urbem juxta Araxem flum. sitam.

SATYRA III.

Inducitur Umbritius aruſpex, poëtæ cauſas reddens, cur Bajas migret à Româ, in quâ per Græcorum aliarumque gentium, quæ in urbem confluxêre, adulationes, delationes, veneficia, aliaſque malas artes, ut & ruinas, incendia, pauperum contemptum, vim & latrocinia, honeſto civi in urbe non ſit locus.

Quamvis digreſſu veteris [a] *confuſus* [b] *amici,*
Laudo tamen [c] *vacuis quòd ſedem figere* [d] *Cumis*
Deſtinet, atque [e] *unum civem donare* [f] *Sibyllæ.*
[g] *Janua* [h] *Baiarum eſt, & gratum littus, amœni*
Seceſſus: ego vel [i] *Prochytam præpono* [k] *Suburræ.*
Nam [l] *quid tam miſerum, & tam ſolum vidimus, ut non*
Deterius credas horrere incendia, lapſus
Tectorum aſſiduos, ac mille pericula ſævæ
Urbis, & [m] *Auguſto recitantes menſe poëtas?*
Sed dum [n] *tota domus rhedâ componitur unâ,*
[o] *Subſtitit ad* [p] *veteres arcus,* [q] *madidamque Capenam,*
Hîc, [r] *ubi nocturnæ Numa conſtituebat amicæ.*
Nunc [s] *ſacri fontis nemus, & delubra locantur*
[t] *Judæis,* [u] *quorum cophinus fœnumque ſupellex.*
Omnis enim populo mercedem pendere juſſa eſt
[w] *Arbor, & ejectis* [x] *mendicat ſylva Camœnis.*

[a] Perturbatus, triſtis ſum.
[b] Umbritii aruſpicis ejus temporis peritiſſimi.
[c] Non ita civium plenis.
[d] Campaniæ civitate antiquiſſimâ.
[e] Se addere civem.
[f] Quæ Cumis ſacellum habuit.
[g] Româ proficiſcentibus per Cumas iter eſt, & tanquam introitus ad Bajas.
[h] Urbis in Campaniâ amœniſſimæ.
[i] Inſulam in litore Campano.
[k] Vico Romæ celeberrimo.
[l] Quid alibi tam miſerum, neque aliis admiſtum malum, quo Romæ non ſit deterius? *vel* quid fuit tam miſerum atque unicè horrendum, quo ne quid miſerius contingat, non metuas?
[m] Quo, ubi cæteris vacat per intenſum fervorem, poëtæ mali importunâ recitatione obvios enecant. Emphaticè, quaſi hoc omnium ſit miſerrimum.
[n] Supellex & facultates Umbritii.
[o] Umbritius exſpectans rhedam.
[p] Romuli vel Horatiorum, in memoriam Victoriæ erectos: *vel*, arcus aquæductuum qui illic erant.
[q] Propter fontes & aquæductus, qui in propinquo illius portæ ſunt.
[r] Ubi conſtitutum Egeriæ denuntiabat: *vel*, ubi conſtituebat ſimulatum congreſſum & loquendi tempus cum Nymphâ Egeriâ.
[s] Lucus Aricinus, fons, & delubra Muſis à Numâ ſacrata.
[t] Urbe à Domitiano pulſis.
[u] Quibus vas ex virgultis & fœnum eſt univerſa ſupellex.
[w] Ad quam jumentum ligari poſſet: *vel* ſub cujus umbrâ quieſcere liceret.
[x] Judæi ſylvam incolentes mendicant, ejectis Camœnis, quibus ſacrum erat nemus cum delubro.

[a] *In vallem Egeriæ deſcendimus, & ſpeluncas*
Diſſimiles [b] *veris: quanto præſtantius eſſet*
[c] *Numen aquæ, viridi ſi margine clauderet undas*
Herba, nec [d] *ingenuum violarent* [e] *marmora tophum?*
Hic tunc [f] *Umbritius: Quando* artibus, *inquit*, honeſtis
Nullus in urbe locus, nulla emolumenta laborum,
Res hodie minor eſt herè quàm fuit, [g] *atq; eadem cras*
Deteret exiguis aliquid: proponimus [h] *illuc*
Ire, fatigatas ubi Dædalus exuit alas:
Dum nova canities, dum prima, & recta ſenectus,
Dum ſupereſt [i] *Lacheſi quod torqueat, & pedibus me*
Porto meis, nullo dextram ſubeunte bacillo.
[k] *Cedamus patriâ: vivant* [l] *Arturius iſtic*
Et Catulus: maneant qui [m] *nigra in candida vertunt,*
Queis facile eſt [n] *ædem conducere,* [o] *flumina,* [p] *portus,*
[q] *Siccandam eluviem, portandum ad buſta cadaver,*
Et [r] *præbere caput dominâ venale ſub haſtâ.*
Quondam [s] *hi cornicines, &* [t] *municipalis arenæ*
Perpetui comites, notæque per oppida buccæ,
[u] *Munera nunc edunt, &* [w] *verſo pollice vulgi*
Quemlibet occidunt [x] *populariter: inde reverſi*
Conducunt [y] *foricas: & cur non omnia? cùm ſint*
Qualeis ex humili magna ad faſtigia rerum
Extollit quoties voluit fortuna jocari.
Quid Romæ faciam? mentiri neſcio: librum,
Si malus eſt, nequeo laudare, & [z] *poſcere: motus*
Aſtrorum ignoro: funus [aa] *promittere patris*
Nec volo, nec poſſum: [bb] *ranarum viſcera nunquam*

a Ego & Umbritius in Aricinum lucum deſcendimus.
b Illis naturalibus & ſimplicibus.
c Fontis, nullus enim fons numine vacare credebatur.
d Naturalem.
e Arte poſita marmora.
f Ita incipit Umb.
g Atque eadem cras deteret, id eſt, imminuet aliquid de exiguis.
h Cumas, quò Dædalus è Creta fugit.
i Dum Parcarum uni ſupereſt filum vitæ meæ quod torqueat.
k Excedamus patriâ.
l Adulatores olim cornicines, nunc Romæ publicani.

m *Candida de nigris, & de candentibus atra.* Falſa in vera, vitia in Virtutes. n Reficiendam. o Aquam venalem, *vel*, è fluminibus vectoriis lucrum. p Portuum vectigalia & ſtationis pretium. q Cloacæ, vel lacunæ ad ſordes expurgandas. r Sub haſtâ fixâ, quæ publicæ auctionis nota eſt, ſervi caput venale exponere, s Art. & Catu. t In muneribus gladiatoriis per municipia buccas & buccinas locabant. u Ipſi ad opes provecti & præfecti nunc edunt gladiatoria. Neque enim citra cenſûs adeoque perſonæ rationem datum eſt jus edendi publicè munera. Extat apud Tacitum 4. Annal. S. C. quò cautum: Ne quis gladiatorium munus ederet, cui minor quadringentorum millium res eſſet. w Quod ſignum eſt velle populum interfici victum, uti contra, preſſus pollex, nota erat populi intercedentis pro victo, ne jugularetur. Politian. Miſcell. 42. c. x Cum populi applauſu. y Purgandas. z Poſcere nequeo adulatoriè librum quem non probo. aa Ut futura canam Aſtrologus. bb Victimarum exta inquiro, rubetarum tamen exta ad veneficia non tracto.

Aspexi: ferre ad nuptam quæ mittit adulter,
Quæ mandat, nôrint alii: me nemo ministro
Fur erit, atque ideò nulli comes exeo, tanquam
Mancus, & [a] extincta corpus non utile dextra.
Quis nunc diligitur nisi [b] conscius, & cui fervens
Æstuat occultis animus, semperque tacendis?
Nil tibi se debere putat, nil conferet unquam,
Participem qui te secreti fecit honesti.
Carus erit [d] Verri, qui Verrem tempore, quo vult,
Accusare potest: [e] tanti tibi non sit [f] opaci
Omnis arena [g] Tagi, quodque in mare volvitur aurum,
Ut somno careas, [h] ponendaque præmia sumas
Tristis, & à magno semper timearis amico.
Quæ nunc divitibus gens acceptissima nostris,
Et quos præcipuè fugiam, properabo fateri,
Nec pudor obstabit. Non possum ferre, Quirites,
Græcam urbem, quamvis [k] quotaportio fæcis Achææ?
Jampridem [l] Syrus in Tiberim defluxit Orontes,
Et linguam, & mores & cum tibicine [m] chordas
Obliquas, nec non [n] gentilia tympana secum
Vexit, & [o] ad Circum jussas prostare puellas.
[p] Ite, quibus grata est [q] pictâ lupa Barbara mitrâ.
[r] Rusticus ille tuus sumit [s] trechedipna, Quirine,

a Tanquam membrum emortuæ dextræ, quæ nulli est usui. Neque ergò adeò idoneus & habilis officiis adulatoriis scelestis. Des. Heraldus *comitem* hic intelligit, qui alterius latus tegens, quasi dextrâ cassus est, cujus ministerio caret. b Secretorum alterius scelerum. c Taceátue, aut proferat. d Spoliatori contrà & scelerato, qualis erat Verres, carus erit, qui furtis ejus & sceleribus conscius est.

e Tu verò sapiens nullâ lucri spe scrutare alterius arcana, quorum & tu conscius æstues, timeasque nè è medio tollaris ab illo, qui te conscium timet: optimè Lysimacho Philippides, πλὴν τῶν ἀπορρήτων. Plutarchus de garrulitate. f *Obscuris umbris arborum.* Martial. l. 1. epig. 50. *vel* aureis arenis turbidi. g Auriferi flu. in Lusitaniâ. h Quæ cum malâ conscientiâ non erant sumenda. i Romam Græcorum vitiis pollutam. k Nec tamen hîc maxima pars est turpissimæ illius gentis Græcæ, sed & huc confluxere Syri, Mauri, &c. l Syri, qui ad Orontem flu. habitant, venerunt Romam ad Tibrim sitam. m Cum obliquorum instrumentorum chordis obliquos etiam mores tibicinis. n Gentis suæ propria: hinc enim Ambubajæ dictæ à voce Syriacâ אבוביא. o Ab iis mos prostituendi meretrices in Circo Maximo Romæ. p Ad circum ubi prostant. q Syra meretrix more patrio caput pictâ redimita mitrâ. r O Romule, tui cives à te pastore orti, & (si cum aliis conferantur) rustici, ad sportulam, & cœn. n tantùm currere, aut gladiatores agere nôrunt: isti verò, qui undique in urbem hanc confluxere, omniscii sunt: & domos in amœnissimis urbis locis captant, Exquiliis sc. & Viminali collibus. s Vestes quibus ad salutandum cursitet, hinc cœnam vel sportulam promeriturus. *Poëta de Græcis loquutus, Græca affectat verba,* à τρέχω, curro, & δεῖπνον, cœna. Clearchum Sophistam Athenæus lib. 1. cap. 4. vocat τρεχέδειπνον, quòd huc illuc cursitaret lautiores cœnas capturus. Turneb. 3. 17. Endromidem simpliciter exponit. Jan. Rutgersius opinatur dici vestes, quas *livreas* appellant Galli & Itali.

Et [a] *ceromatico fert* [b] *niceteria collo.*
Hic [c] *altâ Sicyone, aſt hic* [d] *Amydone relictâ,*
Hic [e] *Andro, ille* [f] *Samo, hic* [g] *Trallibus, aut* [h] *Alabandis,*
Eſquilias, dictumque petunt [i] *à vimine collem,*
[k] *Viſcera magnarum domuum, dominique futuri.*
Ingenium velox, audacia perdita, ſermo
Promptus, & Iſæo [m] *torrentior: ede quid illum*
Eſſe putes? quemvis [n] *hominem ſecum attulit ad nos,*
Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, [o] *aliptes,*
Augur, [p] *ſchœnobates, medicus,* [q] *magus; omnia novit:*
Græculus [r] *eſuriens, in cœlum, juſſeris, ibit.*
[s] *Ad ſummam, non Maurus erat, nec Sarmata, nec Thrax,*
[t] *Qui ſumpſit pennas, mediis ſed natus Athenis.*
[u] *Horum ego non fugiam conchylia? me prior ille*
[w] *Signabit,* [x] *fultuſque thoro meliore recumbet,*
[y] *Advectus Romam, quo pruna & coctona, vento?*
[z] *Uſque adeo nihil eſt, quòd noſtra infantia cœlum*
Hauſit [aa] *Aventini,* [bb] *baccâ nutrita Sabinâ?*
Quid, quòd adulandi gens prudentiſſima laudat
Sermonem indocti, faciem deformis amici,
Et longum invalidi collum cervicibus aquat
Herculis, Antæum [cc] *procul à tellure tenentis?*
[dd] *Miratur vocem anguſtam, quâ deteriùs nec*
Ille ſonat, quo mordetur gallina marito.
Hæc eadem licet & nobis laudare: ſed [ee] *illis*

a Collo perunctо ceromate, quod ex oleo, cerâ & pulvere fit.
b Victoriæ præmia.
c Inſulâ in mari Ægæo prælta & eminente.
d Pæoniæ civitate.
e Primâ Cycladum.
f Inſula in Icario, quæ Ioniæ adjacet.
g Urbe Cariæ.
h Urbe minoris Aſiæ.
i Viminalem collem.
k Artibus ſuis ſe in maximas familias inſinuantes, quarum hæreditatem captant: iis quippe eſt, *ingenium velox*, &c.
l Oratore Athen. Demoſthenis præceptore: vel illo Rom. quem Plinius eloquentiſſimum laudat. m Concitatior, uberior. n Omniſcium, omnes artes profeſſum: eſt enim gra. rh. ge. &c o Qui Athletas ungit. p Funambulus. q Myſteriorum gnarus. r Cogente fame ſeu paupertate, quæ excitat artes: ſi juſſeris, volabit alter Dædalus. s Denique, vel quod ſummum eſt. t Dædalus. u Annon ego Româ profugiam, ubi Græculi tanquam nobiles incedant, veſtes induti purpureas, conchyliorum liquore tinctas? w Ad teſtamenta, vel alias tabulas conſignandas advocatus. x In conviviis honoratiori loco accumbet, lecto digniori, vel ſuperiori culcitræ tricliniaris loco. y E Syriâ cum prunis & ficubus ipſe venalis. z Nihilne nobis eſt prærogativæ, quòd Romæ nati & nutriti fuimus? aërem Romanum hauſimus? aa Romani. Aventinus enim unus eſt ex ſeptem urbis Romæ montibus. bb Olivâ, id eſt, fructibus & cibis Italicis, & opponitur prunis & coctonis Syris. cc Cùm enim in palæſtrâ reciperet vires à matre ſuâ Terrâ contractas, gigantem hunc à terrâ levatum Hercules præfocavit. dd Cum admiratione laudat exilem ejus vocem, quæ tamen æquè ingrata eſt ac ſtridula, atq; rauca vox galli, qui inter aſcendendum gallinam mordet. ee Græcis. *A quibuſdam rogatus, ut cantaret ſuper cœnam: Solos ſcire audire Græcos, ſoloſque ſe & ſtudiis ſuis dignos*, reſpondit Nero apud Suetonium cap. 22.

Creditur: an melior cùm [a] *Thaïda ſuſtinet, aut cùm*
[b] *Uxorem comœdus agit, vel* [c] *Dorida nullo*
Cultam palliolo? mulier nempe ipſa videtur,
Non [d] *perſona loqui: vacua & plana omnia dicas*
Infra ventriculum, & [e] *tenui diſtantia rimâ.*
Nec tamen Antiochus, nec erit mirabilis illic
Aut Stratocles, aut cum molli Demetrius Hæmo.
*Natio comœda eſt: *rides? majore cachinno* 100
Concutitur: flet, ſi lacrymas adſpexit amici,
Nec dolet: igniculum brumæ ſi tempore poſcas,
Accipit [h] *endromidem: ſi dixeris, æſtuo, ſudat.*
Non ſumus ergo [i] *pares: melior, qui ſemper & omni*
Nocte dieque poteſt alienum ſumere vultum; 105
Nil facie jactare manus, laudare paratus,
Si bene ructavit, † *ſi rectum minxit amicus:*
Si [l] *trulla inverſo crepitum dedit aurea fundo.*
Præterea ſanctum nihil eſt, & ab [m] *inguine tutum:*
Non [n] *matrona Laris, non filia virgo, neque ipſe* 110
Conſus [o] *lævis adhuc, non filius* [p] *ante pudicus.*
Horum ſi nihil eſt, [q] *aulam reſupinat amici.*
Scire volunt ſecreta domûs, atque inde [r] *timeri.*
Et quoniam cœpit Græcorum mentio, [s] *tranſi*
Gymnaſia, atque audi facinus majoris [t] *abollæ.* 115
Stoicus occidit Baream, delator amicum,
Diſcipulumque ſenex, [w] *ripâ nutritus in illâ,*
Ad quam Gorgonei delapſa eſt penna caballi.
Non eſt Romano cuiquam locus hîc, ubi regnat

a Annon melius etiam hiſtrionicam exercet, quàm nos: ubi meretricis agit partes, &c. *Ironicè.*
b Matronam.
c Nympham, Oceani filiam, nudam.
d Non qui perſonam alterius ſuſtinet, *vel* non perſonatus.
e Non virilia, ſed muliebria habere.
f Neque tamen mimi atque hiſtriones ſolùm mimi ſunt alienæ perſonæ agendæ artifices, ſed & g Græci omnes ad mimicam nati ſunt. * ἐγέλας ἐγὼ δ' ἐξόδνησκον γέλωϊ. Plutarch. de diſcrimine. Vid.

a Theophraſti characterem περὶ κολακείας. h Veſtem craſſam & villoſam, quâ in gymnaſiis utebantur, nè calefacti refrigeſcerent. *a Rug gown.* i Græco huic. k Veluti cum admiratione, *bleſs himſelf.* † Al. *ſi lectum minxit*, id eſt, culcitram tricliniarem. Horat. l. 1. ſat. 3. ỳ 90. *Comminxit lectum potus.* l Si trullam vini ebibit, ita ut fundum invertit, epotoque vino labris fugens crepuerit. *Turneb. vel.* ſi in Cottabi luſu, reliquum vini in pavimentum ejectum (quod fit inverſo poculo) clarum ediderit ſonum, quod fœlix amoris augurium eſt. *ſed alii aliàs ut ſit:* ſive mingat, ſive pedat. m Pene, libidine. n Mater familias. o Imberbis, impubes. p Priuſquam huc advenerat. q Subodoratur & ſecreta domûs ſcrutatur. r Juxta illud Ital. *ſervo d'altrui ſi fà, chi dice il ſuo ſecreto a chi no'l ſa:* s Miſſis his levibus Græcorum de plebe exercitationibus. t Togæ philoſophicæ: quaſi dicat, audi ſcelera philoſophorum Græc. erat etiam abolla craſſior & minor, quâ milites utebantur. ut hâc majori Philoſophi, Senatores, Reges. u P. Egnatius falſo teſtimonio circumvenit Baream Soranum amicum ſuum & diſcipulum ſub Nerone. Tacit. 16. Ann. w Fluvii Cydni, qui interfluit Tarſum in Ciliciâ, cui nomen inditum à ταρσῷ. cùm hîc ſive Perſeo ſive Pegaſo è Gorgonis Meduſæ ſanguine nato unum è talaribus excidiſſet.

a Adulatores Græci ex artificibus, *uti Protogenes ille Pictor*, & catamitis: *hoc enim vult Diphilus, Jovi charus, vèl Imperatori dilectus*, & delatoribus, *quod significat Erimanthus, litium vates*. De Protogene delatorum sævissimo sub Caligulâ, Dion Cassius l. 59 ἦν δέ τις Πρωτογένης, &c.

b Patroni vel principis.

c Græcæ scilicet.

d Quàm Romæ.

e Ut salutet & comitetur patronum, cùm magistratus per ministros sportulas togatis præripiant. Vide 1. Sat. ℣. 99.

a *Protogenes aliquis, vel Diphilus, aut Erimanthus,* 12
Qui gentis vitio nunquam partitur amicum;
Solus habet: nam cùm facilem stillavit b *in aurem*
Exiguum de c *naturæ patriæque veneno,*
Limine summoveor: perierunt tempora longi
Servitii: d *nusquam minor est jactura clientis.* 12
Quod porrò officium (ne nobis blandiar) aut quod
Pauperis hìc meritum: si curet nocte togatus
e *Currere, cùm prætor lictorem impellat & ire*
Præcipitem jubeat, dudum vigilantibus orbis, 12
Nè prior f *Albinam, aut Modiam* g *collega saluta*
h *Divitis hic servi claudit latus ingenuorum*
Filius: i *alter enim, quantum in legione Tribuni*
Accipiunt, donat Calvinæ, vel Catienæ,
Ut semel, atque iterum super illam palpitet: at k *tu*
Cùm tibi vestiti facies scorti placet, hæres, 13
Et dubitas altâ Chionen deducere * *sellâ.*
Da testem Romæ tam sanctum, quàm fuit l *hospes*
Numinis Idæi: procedat vel m *Numa, vel* n *qui*
Servavit † *trepidam flagranti ex æde Minervam:*
Protinus ad censum, de moribus ultima fiet 14
Quæstio: quot pascit servos, quot possidet agri
Jugera, quàm multâ magnâque o *paropside cœnat.*
Quantum quisque suâ nummorum servat in arcâ,
Tantum habet & fidei. *Jures licèt &* p *Samothracum,*

f Matronas, divites & orbas. g Competitor sportulæ. h Divitis servi filius, id est, libertinus à latere comitatur ingenuos, quos jam opibus æquavit: *vel* filius ingenui comitatur à latere divitem servum, idque à siniſtrâ cedens illi viam. i Ingenui enim filius luxuriosus, dum sportulam mendicat, nobilissimis tamen scortis non dubitat pro unâ atque alterâ consuetudine donare, quantum tribuni ex stipendio accipiunt, rem disperdit. k Libertinus verò, qui vestitâ, id est, togatâ & plebeiâ contentus Venere, nobile scortum conducere aut accipere hæret, diteſcit. * Quâ vehitur, inquiunt interpretes. Sed & sellis fornicum limine insidebant meretrices, unde *sellaria* dictæ. *Profedas----servilicolas, sordidas. Quæ tibi olent stabulum statumq; & sellam & sessibulum merum.* Plaut. in Pœn. Act. 1. Scen. 2. Neq; malè legitur *cellâ*. l Scipio Nasica, vir optimus à senatu judicatus, simulachrum matris deûm ex Idâ Phrygiâ advectum hospitio excepit, domique suæ habuit, donec ei templum conditum foret. m Rex Romanus secundus, sanctissimus & justissimus vir. n Lucius Metellus Pontifex ex Vestæ templi incendio eripuit Palladium, ipse flammis cæcatus est. † Jac. Nicol. Loensis lib. 9. c. 2. Miscell. Epiphyl. legit *servavit tepidam flagranti.* Sed *trepidam σκληρότερον* quiddam sapit. o Patina, id est, quanto cum apparatu & sumptu. p Magnorum deorum. *Virgil.* Jovis, Minervæ, Mercurii, quos ex Samothraciâ Insulâ Ægæi maris in Phrygiam Dardanus advexit, ex Phrygiâ autem Æneas in Italiam.

Et

[a] *noſtrorum aras; contemnere ſulmina pauper*
Creditur atque Deos, Diis ignoſcentibus ipſis.
Quid, quòd materiam præbet cauſaſque jocorum
Omnibus hic idem? ſi fœda ac ſciſſa lacerna,
Si toga ſordidula eſt, & ruptâ calceus alter
Pelle [b] patet: vel ſi, conſuto [c] vulnere, craſſum
Atque recens linum oſtendit non una [d] cicatrix.
Nil habet infelix paupertas durius in ſe,
Quàm quòd ridiculos homines facit. *Exeat*, *inquit*,
Si pudor eſt, & [e] de pulvino ſurgat equeſtri,
Cujus res [f] legi non ſufficit, & ſedeant hìc
Armonum [h] pueri quocunque in fornice nati.
Hìc plaudat nitidi præconis filius, inter
Pinnirapi cultos juvenes, juvenesque laniſtæ.
Hìc libitum vano, qui nos diſtinxit, [k] Othoni.
Quis gener hìc placuit cenſu minor, atque puellæ
Sarcinulis impar? quis pauper ſcribitur hæres?
Quando in conſilio eſt Ædilibus? agmine facto
Debuerant olim tenues [o] migráſſe Quirites.
Haud facilè emergunt, quorum virtutibus obſtat
Res angusta domi. *Sed Romæ [p] durior illis*
Conatus: [q] magno hoſpitium miſerabile, magno
Servorum ventres, & frugi cœnula magno.
Ædilibus cœnare pudet, quod turpe negavit
Tranſlatus ſubitò ad Marſos, menſamq; [s] Sabellam,
Contentuſque [t] illic [u] veneto, duroque cucullo.
Pars magna Italiæ eſt, ſi verum admittimus, in quâ
Nemo togam ſumit, [w] niſi mortuus: [x] ipſa dierum

a Martis & Romuli.
b Lacer hiat.
c Rupturâ.
d Conſuturæ veſtigium.
* Οὐκ ἔχει πενίας δεινὸν ἀθλιώτερον ἐν τῷ βίῳ σύμπλασμα· καὶ δὲ ἐν φύσει σπουδᾷ ἔχ. πενίης δ. καλαγέλως ἔσῃ. Crates comicus apud Stobæum Tit. Πενίας ψόγος.
e Theatrarius deſignator, qui præeſt diſponendis ordinibus in theatro.
f Ex quatuordecim illis gradibus theatri.
g Roſciæ, quæ cavet, nè quis in numero equitum ſit, qui 400 HS. non habeat, noſtræ monetæ 3125. l.
h Filii ſervi, huc per malas artes electi. i Retiarii, (inquiunt interpretes) qui piſcem in galeâ Myrmillonis reti implicare appetebat: *rectiùs*, gladiatoris, qui Samnitis galeam pinnâ inſignitam rapit. Lipſ. 2. Saturn. 11. k Roſcio Othoni, qui tribunus tulit legem Roſciam, de quâ modò, notâ g. l Quis filiam pauperi elocat? m Doti ſeu ornatui muliebri. n Quando advocatur in conſilium etiam ab infimis magiſtratibus? o Malè à fœneratoribus mulctati, & Patriciis deſpicatui habiti receſſiſſe, ut quondam, in montem ſacrum. p Longè durior eſt Romæ pauperibus proceſſus ad dignitatem, imò conatus ad victum, quàm alibi. q Supple conſtat. r Curius Dentatus, qui in receſſu ad Marſos frugalitèr & parcè victitans auram ſibi à Samnitibus, quos devicerat, oblatum repudiavit, *alias* P. Corn. Scipio: *conveniet magis ſi generalitèr intelligatur.* s Inter Sabinos vel Samnites, qui victu modeſti ſunt t Cœnulæ coloris. vide J. C. Scalig. Exerc. 325. Sect. 10. u Craſſi filii. w Græci palliatos, Itali, togatos efferebant mortuos ad funus: cives verò ruſticantes ſeu in municipiis agentes togam rarò induebant, tunicati uſque. Plin. Epiſt. 9. lib. 1. Martial. 51. Epig. 10. l. *O tunicata quies!* x Ordo eſt, ſi quando ipſa majeſtas dierum feſtorum colitur theatro herboſo, &c. Videbis æquales habitus.

Feſtorum [a] *herboſo colitur ſi quando theatro*
Majeſtas, tandemque redit ad pulpita [b] *notum*
[c] *Exodium, cùm perſonâ* [d] *pallentis hiatum*
In gremio matris formidat ruſticus infans:
Æqualeis habitus illic, [e] *ſimilemque videbis*
Orcheſtram & populum: [f] *clari velamen honoris,*
Sufficiunt tunicæ ſummis ædilibus albæ.
[g] *Hìc ultra vires habitûs nitor: hìc aliquid plus*
Quàm ſatis eſt, interdum [h] *alienâ ſumitur arcâ.*
Commune id vitium eſt: Hìc [i] vivimus ambitio
Paupertate omnes: *quid te moror?* Omnia Rom
Cum pretio: *quid das,* [k] *ut Coſſum aliquando ſalutu*
Ut te reſpiciat [l] *clauſo* [m] *Vejento labello?*
Ille [n] *metit barbam, crinem hic deponit amati:*
Plena domus libis venalibus, [o] *accipe, & illud*
Fermentum tibi habe: præſtare tributa clientes
Cogimur, & cultis augere peculia ſervis.
Quis timet, aut timuit [p] *gelidâ Præneſte ruinam,*
Aut poſitis nemoroſa inter juga [q] *Volſiniis, aut*
[r] *Simplicibus Gabiis, aut* [s] *proni Tiburis arce?*
Nos urbem colimus tenui [t] *tibicine fultam*
Magnâ parte ſui: nam [u] *ſic labentibus obſtat*
Villicus, & veteris rimæ contexit hiatum;
[w] *Securos pendente jubet dormire ruinâ.*
Vivendum eſt illìc, ubi nulla incendia, nulli
Nocte metus: jam poſcit aquam, jam [x] *frivol*
transfert

a E viridi ceſpite vel theatro herbis & frondibus ornato. b Sæpe recitatum. c Diverbium ſeu carmen, quod tragœdis è ſcenâ egreſſis ab exodiariis ad recreandum ſpectatorem ſubjiciebatur. Sed & in fine fabularum mimi riſum movebant ſalibus & facetiis, quæ *exodia* dicta *Figges*. d Fæce vel colore ſqualido illitæ. σῶμα κεχηνὸς πάμμεσον, ὡς καλαπιόμενον τὸς δεικάς. Lucian. περὶ ὀρχήσεως. p. 924. e Nec diſtinctas ſedes & ſubſellia, ut Romæ: *Orcheſtra propriè eſt chori & ſaltatorum ſpatium, ab* χίσμαι, id eſt, *ſalto*. f Neque purpureis togis induti, ſed albis tunicis amicti. Ædiles edunt ſpectacula, aut jus de menſuris dicunt. g Romæ ultra facultates. h Ex mutuato ære, vel conductâ & mutuatâ veſte. i Paupere cùm ſimus, divites haberi volumus. k Ut admittaris ad ſalutandum nobilem. l Te non ore, vix nutu dignatus. m Fabritius Vejento, de qu Plin. & infra. 6. Satyr. n Ubi deponit primæ barbæ lanuginem & crim puer delicatus, & domino dilectus, quæ numini alicui conſecrare mori erat. Vide quæ ad Martialis Epigram. 32. l. 1. eo die feſto celebrato clientes liba ex melle, farre, & oleo puro mittebant, quæ venderet peculium inde ſibi comparaturus. o Cum libis fermentum, id eſt, ſer voris & iræ cauſam, quod non tantùm patronis in Nuptiis, Natali Operæ novo, ſed et ſervis eorum cogimur præſtare tributa. p Gelidâ urb Tuſciæ, ab aquis frigidis & ſitu in monte. q Etruriæ oppido. r Non ornatis, *vel* Sexti Tarquinii dolo deprehenſis. s In præcipiti poſitâ, & declivi. Horat. 4. Od. 3. l. *Tibur ſupinum*. t Adminiculo, ſuſtentaculo. u Exilibus columnis & adminiculis ſubvenit ruentibus tectis w Nos jubet ſecuros dormire, imminente uſque ruinâ. x Vilia quæque vaſa ex incendio erepta. Anglicè, *lumber*.

a *Vicalegon:* b *tabulata tibi jam tertia fumant.*
Tu neſcis: nam ſi gradibus d *trepidatur ab imis,*
Ultimus ardebit, e *quem tegula ſola tuetur*
A pluviâ, molles ubi reddunt ova columbæ.
Lectus erat f *Codro* g *Proculâ minor, urceoli ſex,*
Ornamentum abaci: nec non & parvulus infrà
Cantharus, & h *recubans ſub eodem marmore Chiron.*
Jamque vetus Græcos ſervabat ciſta libellos,
Et divina i *Opici rodebant carmina mures.*
Nil habuit Codrus: quis enim negat? & tamen illud
Perdidit infelix totum nil: ultimus autem
Crumnæ cumulus, quod nudum & fruſtrà rogantem
Nemo cibo, nemo hoſpitio tectoque juvabit.
Si magna k *Aſturi cecidit domus: horrida* l *mater,*
Et Pullati proceres, differt m *vadimonia Prætor.*
Nunc gemimus caſus urbis, tunc odimus ignem.
Ardet adhuc, & jam accurrit qui marmora donet,
Conferat impenſas: hic p *nuda, & candida ſigna:*
Hic aliquid præclarum q *Euphranoris, &* r *Polycleti,*
Phæcaſianorum vetera ornamenta deorum: (nervam:
Hic libros dabit, & s *forulos,* u *mediamque Mi-*
Hic modium argenti: meliora, & plura reponit
Perſicus orborum lautiſſimus, ut x *meritò jam*
Suſpectus, tanquam ipſe ſuas incenderit ædes.
Si potes avelli x *Circenſibus, optima* y *Soræ*
Aut y *Fabrateriæ domus, aut* y *Fruſinone paratur,*
Quanti nunc z *tenebras unum conducis in annum.*

a Vicinus. Imitatio Virgiliana. Æneas de ſuo vicino, 2. Æn. *Jam proximus ardet Ucalegon.*
b Contignatio tertia: *the third floor.*
c Tu pauper, qui conduxiſti cœnacula: *the garret or cockloft.*
d Ingruente incendio.
e Qui in ſummo habitat cœnaculo.
f Pauperi cuidam, *fortè Poetæ illi rauco, de quo, primâ Sat.*
g Uxore ſuâ.
h Effigies Chironis centauri fictilis, ſuſtinens abacum ex eodem marmore, i. e. materiâ, ſc. argillâ
i Barbari & Opici populi Campaniæ, qui & Oſci: per ludum a. mures vocat Opicos, qui Græcè neſcientes libris Græcis non pepercerunt: vel liguritores; obſcœnum n. liguritorem Eunum Auſonius Opicum magiſtrum vocat. aut, mures terreſtres, ab ὀπὴ, *caverna, foramen*, quæ murib. latebræ. vel ab ὀπὴ *veſpertilio*, citante Criſpino è Suidâ.
k Divitis cujuſpiam: fortè legendum *Arturii*, de quo ſuprà ℣. 29.
l Roma vel matres Romanæ, ut in publicâ calamitate.
m Atrati lugent patres.
n Sponſiones ſiſtendi ſe & dictionem juris.
o Dum ardet adhuc domus, præſtò ſunt, qui conferant ad novas ædes, alius marmora, &c.
p Effigies nudorum corporum è puriſſimo marmore.
q Pictoris artificioſiſſimi.
r Statuarii celeberrimi.
s Deorum quos Phæcaſii ſacerdotes Athenienſium & Alexandrinorum à calceamentis candidis denominati coluerunt: vel Deorum è Græciâ latorum. Phæcaſia n. Heſych. ruſtica ſunt calceamenta, quibus calceati pingebantur dii Græci, & poni pro Phæcaſiatorum vult Turnebus l. 10. c. 27. quem vide.
t Capſulas, armaria, repoſitoria.
u Statuam Minervæ dimidiatam à vertice ad umbilicum uſque.
w Fabius Perficus. Vide Sat. 8 ℣. 14. *vel* divitis fictitium nomen à Perſis, *vel* quòd hic Arturius Perſa fuerit.
x Vide Martial. Epig. 51. lib. 3.
x Ludis curulibus in Circo, quibus maximè delectabantur Romani. Satyr. 10 81.
y Oppida Campaniæ in viâ Latinâ.
z Tenebroſam domum Romæ.

Hortulus [a] *hîc puteuſque brevis, nec* [b] *reſte movendus*
In * *tenues plantas facili diffunditur hauſtu.*
Vive [c] *bidentis amans, & culti villicus horti,*
Unde epulum poſſis centum dare [d] *Pythagoræis.*
Eſt aliquid quocunque loco, quocunque receſſu, 230
Unius ſeſe dominum feciſſe [e] *lacertæ.*
Plurimus [f] *hîc æger moritur vigilando: ſed illum*
Languorem peperit cibus [g] *imperfectus, & hærens*
Ardenti ſtomacho: nam quæ [h] *meritoria ſomnum* 234
Admittunt? [i] magnis opibus dormitur in urbe,
Inde caput morbi: *rhedarum tranſitus arcto*
Vicorum inflexu, & [k] *ſtantis convicia mandræ*
Eripiunt ſomnum [l] *Druſo,* [m] *vitulisque marinis.*
[n] *Si vocat officium, turbâ cedente vehetur*
Dives, & ingenti curret ſuper ora [o] *Liburno,* 240
Atque obiter leget aut ſcribet, vel dormiet intùs:
Namque facit ſomnum clauſâ lectica feneſtrâ.
[p] *Antè tamen veniet; nobis properantibus obſtat*
[q] *Unda prior: magno populus premit agmine lumbos*
Qui ſequitur: ferit hic cubito, ferit [r] *aſſere duro* 245
Alter: at hic tignum capiti incutit, ille [s] *metretam.*
[t] *Pinguia crura luto: plantâ mox undique magnâ*
Calcor, & in digito [u] *clavus mihi militis* [w] *hæret.*
Nonne vides quanto celebretur [x] *ſportula* [y] *fumo?*
Centum [z] *convivæ, ſequitur ſua quemque* [aa] *culina.*
[bb] *Corbulo vix ferret tot vaſa ingentia, tot res* 251
Impoſitas capiti, quot recto vertice portat
Servulus infelix, & curſu ventilat [cc] *ignem.*
Scinduntur tunicæ ſartæ: modò longa [dd] *coruſcat*

[a] In his opidis.
[b] Non profundus.
* Alii leg. *teneras plant.*
[c] Agriculturæ, *bidens furcæ vel raſtri genus eſt.*
[d] Olerib. n. veſcebantur diſcipuli Pythagoræ, qui ſuos animatis abſtinere docuit.
[e] Agri aut hortuli lacertarum domicilii. *Meton. contenti.*
[f] Romæ.
[g] Non concoctus.
[h] Officinæ, quæ mercede locantur, *vel* in quibus mechanici diurnâ nocturnâque pleranque operâ victum merentur.
[i] Magno conſtat precio domus à ſtrepitu remota: *vel* impoſitum vicinis ſilentium, ut quieſcas.
[k] Dum mulio verbere & verbo increpat mandram. i. mulorum multitudinem non progredientem.
[l] Homini ſomnolento, qualis erat Cl. Druſus Cæſar. alii legunt *ſomnos urſis*, qui per *dies bis ſeptenos gravi ſomno premuntur, ut nè vulneribus quidem excitari queant.* Plin. l. 8. cap. 36.
[m] Phocis, quæ altiſſimè dormiunt.
[n] At ſi dives vocatus ſit ad aliquod negotium publicum aut privatum.
[o] Altâ lecticâ, inſtar navis Liburnæ, *vel* lecticâ à proceris è Liburniâ ſervis lecticariis vectâ.
[p] Quò volet, citiùs quàm nos, quibus in viâ non ceditur, ut illi.
[q] Populi & turbæ quaſi fluxus & refluxus.
[r] Amite lecticæ.
[s] Menſuram, vas magnum.
[t] Cœnoſa ſunt.
[u] Caliga clavis ornata & infixa.
[w] Figitur mihi in digito.
[x] Cœna in ſportulâ, non C. quadrantes: δεῖπνον ἐν σπυρίδι.
[y] Igni in calefactorio ſubjecto obſoniis, nè intepeſcant, *vel* ſtudio, & feſtinatione.
[z] Qui ſportulam accipiunt.
[aa] Focus & ſupellex.
[bb] Vir robuſtus & validus tempore Neronis.
[cc] Quem obſoniis ſubjectum, capiti impoſitum portat.
[dd] Tremit, vacillat. Ita Seneca Epiſt. 90. *longo vehiculorum ordine pinus aut abies deferebatur vicis intrementibus.*

Sarraco veniente abies, atque altera pinum
Plauſtra vehunt, nutant altè, populoque minantur.
Nam ſi procubuit, qui ſaxa [b] *Liguſtica portat,*
Axis, & everſum fudit ſuper agmina [c] *montem,*
Quid ſupereſt de corporibus? quis membra, quis oſſa
Invenit? [d] *obtritum vulgi perit omne cadaver*
More animæ: [e] *domus interea ſecura patellas*
Iam lavat, & buccâ foculum excitat, & ſonat unctis
[f] *Strigilibus, & pleno componit lintea* [g] *gutto.*
Haec inter [h] *pueros variè properantur: at* [i] *ille*
Iam ſedet in [k] *ripâ, tetrumque novitius horret*
Porthmea, [m] *nec ſperat* [n] *cœnoſi gurgitis* [o] *alnum*
Infelix, nec habet quem porrigat [p] *ore trientem.*
Reſpice nunc alia, ac diverſa pericula noctis;
Quod ſpatium tectis ſublimibus, unde cerebrum
Teſta ferit, quoties rimoſa, & [r] *curta feneſtris*
Vaſa cadunt, quanto percuſſum pondere ſignent,
Et lædant ſilicem. Poſſis [s] *ignavus haberi,*
Et ſubiti caſûs improvidus, ad cœnam ſi
[t] *Inteſtatus eas: adeò tot fata, quot illâ*
Nocte patent [u] *vigiles, te prætereunte, feneſtræ.*
Ergò optes, votumque feras miſerabile tecum,
Ut ſint contentæ [w] *patulas effundere pelveis.*
Ebrius ac petulans, qui nullum fortè cecidit,
[x] *Dat pœnas, noctem patitur lugentis amicum*
[y] *Peleidæ, cubat in faciem, mox deinde ſupinus:*
Ergò [z] *non aliter poterit dormire:* quibuſdam
Somnum rixa facit: *ſed quamvis improbus* [aa] *annis,*
Atque mero fervens, [bb] *cavet hunc, quem* [cc] *coccina læna*

a Plauſtro. b E Liguriâ in Apenninis montibus. c Ingens ſaxum è monte exciſum. d Corpus minutatim & in fruſta conciſum non apparet, ſed evanuit ut anima. e Famuli expectantes adventum ſervi, qui cœnam petebat, mi de morte ejus cogitantes apparant balneum. f Ad ſudorem abſtergendum, pro *ſtrigilibus*, cùm *ſtri* brevis ſit: quod inſtrumentum graphicè depingit Apuleius, l. 2. Floridorum. g Gutto olei pleno, quod lotis jamque ſiccis ſuperfundebatur. h Famulos domi expectantes puerum cum ſportulâ. i Servulus ſaxi mole obtritus. k Acherontis, ſeu Stygis. l Charontem, portitorem. m Cui inhumato & inopi non ante annos C. tranſvehi licet. n Stygis. o Cymbam Charontis. p Quem mortuorum ori inſerere ſolebant Græci, naulum ſc. & ſtipem Charontis. q Quantum ſpatium ſit à tectis ſublimibus & cœnaculis ad terram, tantum ſanè periculum eſt à teſtis quas nocte dejecerint ruptas. r Fracta. s Tui negligens, incautus. t Non condito priùs teſtamento. u Inquilinis adhuc vigilantibus. w Sordes emittere, quæ in vaſis ſunt, & non ipſa vaſa, ut urinâ potiùs conſpergaris, quàm ipſis teſtis dejectis occidaris. x Diſcruciatur, quia nihil ſceleris admiſerit, quia neminem verberârit. y Achillis lugentis Patrocli necem, nec quietem admittentis. Iliad. Hom. ult. ℣. 12. z Non ſine contumeliâ & rixâ. *Non dormiunt*, inquit Sapiens, *niſi male fecerint, & niſi alios ſupplantaverint.* Sueton. de Nerone & Othone idem refert. idem Dio, & Xiphilin. & Tacit. Annal. 13. aa Juvenilibus. bb Evitat divitem, ſenatorem, magiſtratum. cc Granis fruticis cocci tincta veſtis accubitoria. Perſius 1. Sat. ℣. 32.

Vitari jubet, & comitum longiſſimus ordo,
Multum præterea flammarum, & [a] aënea lampas:
Me, quem [b] Luna ſolet deducere, vel breve lumen
Candelæ, [c] cujus diſpenſo & tempero filum,
Contemnit. Miſeræ cognoſce prœmia rixæ,
Si rixa eſt, ubi tu pulſas, ego vapulo tantùm.
Stat contra, ſtarique jubet: parere neceſſe eſt.
Nam quid agas, cùm te furioſus cogat, & idem
Fortior? unde venis? exclamat: [d] cujus aceto,
Cujus [e] conche tumes? [f] quis tecum ſectile porrum
Sutor, & [g] elixi vervecis labra comedit?
Nil mihi reſpondes? aut dic, [h] aut accipe calcem.
[i] Ede ubi conſiſtas? in quâ te quæro [k] proſeuchâ?
Dicere ſi tentes aliquid, tacituſve recedas,
Tantundem eſt: feriunt pariter: [l] vadimonia deinde
Irati faciunt: libertas pauperis hæc eſt,
Pulſatus rogat, & pugnis conciſus adorat,
Ut liceat [m] paucis cum dentibus inde reverti.
Nec tamen hoc tantùm metuas: nam qui ſpoliet te
Non deerit, clauſis domibus, poſtquam omnis ubique
Fixa [n] catenatæ ſiluit compago tabernæ.
Interdum & ferro ſubitus [o] graſſator agit rem,
Armato [p] quoties tutæ cuſtode tenentur
Et Pontina palus, & Gallinaria pinus.
Sic inde huc omnes tanquam [q] ad vivaria currunt.
Quâ fornace graves, [r] quâ non incude catenæ?
[s] Maximus in vinclis ferri modus, ut timeas, [t] ne
Vomer deficiat, ne marræ & ſarcula deſint.
Felices proavorum atavos, felicia dicas
Secula, quæ quondam ſub regibus atque tribunis
Viderunt [u] uno contentam carcere Romam.
His alias poteram, & plureis ſubnectere cauſſas:
Sed [w] jumenta vocant, & ſol inclinat; eundum eſt.
Nam mihi commotâ jam dudum mulio virgâ
Innuit: ergo vale noſtri memor, & quoties te

a Quæ tribunis præferebatur.
b Lunæ lumen.
c Cujus funiculum diſpono nè citiùs, abſumatur aut extinguatur.
d Ubi cœnatus, ex cibis viliſſimis impletus?
e Fabis in ſiliquis coctis, eiſque non oleo inunctis, ſed aceto conſperſis?
f Quinam ſordidi convivæ tecum unà cœnabant?
g Caput vervecinum.
h Aut ego te proculcabo.
i Dic ubi habites? in quâ proſeuchâ te convenire poſſim, ubi opus erit.
k Propriè eſt precatio: ſumitur & pro ſanis Judæorum, hic pro ponte, crepidine, ſeu alio loco, ubi ſtipem mendici efflagitabant
l Se injuriâ læſos ſimulantes à te vadem exigunt, ut adſis in judicio. m Non in totum excuſſis tibi dentibus. n Catenis firmatæ adverſùs expilatores, vel petulantes, qui tabernas noctu effringere ſolebant, & in his, ipſum Neronem. Vide Suet. Neron. c. 26. & Tacit. Annal. 13. o Latro. p Quoties diſpoſitis ibi cuſtodiis. è Pontinâ palude & ſylvâ Gallinariâ locis latrocinio aptis, arcentur graſſatores. q Ad eſcam facilem & paratam, *vel* ad profugium & receptum. r *Supple* conficiuntur s Maxima copia ferri abſumitur in vinculis fabricandis. t Nè non fit ferrum, unde fiant inſtrumenta ruſtica. u Tulliano ſolo, quod extruxit Hoſtilius Tullus. w Muli, qui cùm longè præceſſerunt, monent me ut ſequar.

Roma [a] *tuo* [b] *refici properantem reddet* [c] *Aquino,*
Me quoque ad [d] *Helvinam Cererem,* [e] *veſtramque Dianam*
Convelle à Cumis [f] *ſatyrarum ego, ni* [g] *pudet illas,*
Adjutor gelidos veniam [h] *caligatus in agros.*

a Tua patria, ô Juvenalis. b Urbis tædio, properè cupientem recreari. c Oppido Volscorum in viâ Latinâ. d Templum Elvinæ Cereris, quod Aquini eſt. Ceres autem Elvina dicitur à fonte Elvino quòd eluat, vel Helvina, i. e. flava, qui ſpicarum color eſt. e Quam vos colitis. f Accerſe. g Mei auxilii, utpote poëtæ non ſatis boni: qui tamen urbis vitia deteſtatus, acritèr & audactèr in illa velim invehi. h Velut audax miles, armatus inſtructuſque adjutor ſatyrarum.

SATYRA IV.

A libidine & luxuriâ Criſpini, ſumptâ occaſione deſcribendi ridiculum quoddam Domitiani ſuper rhombo piſce concilium, Senatorum in hanc rem ſententias lepidè & falsè exponit.

Ecce [a] *iterùm Criſpinus, & eſt mihi ſæpe vocandus*
[b] *Ad partes, monſtrum* [c] *nullâ virtute redemptum*
A vitiis, [d] *æger, ſolâque libidine fortis,*
[e] *Delicias viduæ tantùm aſpernatur adulter.*
Quid refert igitùr quantis [f] *jumenta fatiget*
Porticibus, quantâ [g] *nemorum vectetur in umbrâ,*
Jugera quot vicina foro, quas emerit ædes?
Nemo malus felix, [h] *minimè corruptor, & idem*
Inceſtus, cum quo nuper [i] *vittata jacebat*
[k] *Sanguine adhuc vivo terram ſubitura ſacerdos.*
Sed nunc [l] *de factis levioribus: & tamen alter*
Si feciſſet idem, caderet ſub [m] *judice morum.*
Nam quod turpe [n] *bonis, Titio Sejoque, decebat*
Criſpinum: quid agas, cùm dira & fœdior omni
Crimine perſona eſt? mullum [o] *ſex millibus emit,*

a Namque ejus & in primâ Satyrâ memineram. b Ut partes agat in his meis Satyris. Metaphora ſumpta à comœdiis, in quibus hiſtriones ad partes ſuas revocari ſolent. c Perditè vitiorum ſervus, quem nulla virtus commendat, ornatve. d Ad reſiſtendum vitiis, ad virtutes amplexandas puſillus: ad libidines aliaque vitia fortis. e Voluptatis gratia mœchatur, non lucri, ut qui viduas ſectantur avaras. f Mulos in eſſedo junctos, quibus in gelidis geſtationibus vehitur & porticibus cùm pluit. Vide Sat. 7. ℣. 178. g Viridariorum & hortorum. Plin. Ep. 17. l. 2. Vide Lipſ. Ep. 11. centuriæ Miſcellan. h Criſpinus ergò infeliciſſimus, qui corruptor. i Veſtalis virgo, veſte ſacrâ, vittis caput redimita. k Inceſti convicta, terrâ obruenda viva, ex inſtituto Numæ Pompilii. l Supple querimur. m Domitiano, qui (Suet. in Dom. cap. 8.) cenſoriâ arreptâ virgâ in Corneliam Maximillam, Veſtalem, ejuſque ſtupratores ſeveriſſimè animadvertit. Plin. Ep. 11. l. 4. n Bonis civibus. o Supple nummûm, hoc eſt, xiv. lib. noſtræ monetæ.

[a] Æquantem ſanè paribus ſeſtertia libris,
Ut perhibent, [b] qui de magnis majora loquuntur,
[c] Conſilium laudo artificis, ſi munere tanto
[d] Præcipuam in tabulis ceram ſenis abſtulit orbi.
Eſt ratio ulterior, magna ſi miſit amica,
Quæ vehitur clauſo [e] latis ſpecularibus antro.
Nil tale exſpectes: emit [f] ſibi: multa videmus
Quæ [g] miſer & frugi non fecit Apicius: hoc tu
Succinctus [h] patriâ quondam Criſpine papyro?
Hoc precium [i] ſquamæ? potuit fortaſſe minoris
Piſcator, quàm piſcis emi: provincia tanti
Vendit agros: ſed majores Apulia vendit.
Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putemus
[k] Induperatorem; [l] cùm tot ſeſtertia, partem
Exiguam, & modicæ ſumptam de margine cœnæ
Purpureus magni [m] ructaret ſcurra Palati,
[n] Jam princeps equitum, magnâ qui voce ſolebat
Vendere [o] municipes [p] fractâ de merce ſiluros?
[q] Incipe Calliope; [r] licet hìc conſidere: non eſt
Cantandum, res vera agitur: narrate [s] puellæ
Pierides: proſit mihi vos dixiſſe puellas.
Cùm jam ſemianimum laceraret [t] Flavius orbem
[t] Ultimus, & [u] calvo ſerviret Roma Neroni;
Incidit [w] Hadriaci ſpatium admirabile rhombi
Ante [x] domum Veneris, quam [y] Dorica ſuſtinet
Ancon,
Implevitque [z] ſinus: neque enim minor hæſerat illis,
Quos operit glacies [aa] Mæotica, ruptaque tandem

a Sex libras pendebat piſcis. Sex millib. nummûm emebatur.
b Adulatores, qui facta verbis adaugent.
c Si tanti mullum emerit, quo captaret hæreditatem aut locupletis fœminæ ini ret amorem, excuſandus eſt Criſpinus.
d Primam hæreditatem in tabulis teſtamenti ceratis.
e Feneſtris lecticæ è lapide ſpeculari.
f In ſuam gulam.
g Luxuriofiſſimus & *omnium nepotum altiſſimus gurges*, Plin. lib. 10. cap. 48. frugi tamen ſi cum Criſpino conferatur. Vide Senec. ep. 95.
h Ægyptiacâ, fuit enim Criſpinus *verna Canopi* Sat. 1. & papyrus eſt herba paluſtris, quæ in Ægypto multa naſcitur, ex quâ texuntur navigia, funes, tegetes, ſtragula, veſtes, &c.
i Piſcis ſquamoſi? k Domitianum, cujus cœnæ -- l--Extrema & viliſſima pars æquabat hunc ſumptum Criſpini. m Ad ructationem uſque ingurgitaret aulicus paraſitus Criſpinus. n Jam magiſter equitum factus. o Per municipia, *vel* Ægyptios & conterraneos. ut ſuprà, *patriâ papyro*. In Nilo enim natant, & Alexandriæ veneunt viles hi piſciculi. p E fracto vaſe, *vel* alienâ merce ſurreptos. q Facetè in re ridiculâ muſas invocat, quaſi rem arduam aggreſſurus ſit. r Neque enim opus eſt levi Muſarum inſtinctu, tanquam in tranſitu aut fabulâ; ſed morâ & curâ. s Muſæ ex Pierio monte Theſſaliæ vel regione Macedoniæ, & mihi vel ob hoc ſitis propitiæ, quod vos dixerim *puellas, Girls*: quæ tamen non poteſtis non eſſe vetulæ, ab antiquiſſimis poëtarum uſque invocatæ. t Familiæ Flaviorum. u Per omnia vitia Nero alter, calvus inſuper erat: *ſic Auſonius: Quem dixit calvum ſua Roma Neronem.* w In mari Adriatico nutriti & capti. x Ædem Veneris. y A Græcis condita, qui Syracuſis advenerant, Dionyſii tyrannidem fugientes. z Retia. aa In Mæotide palude.

[a] *Solibus effundit* [b] *torpentis ad* [c] *oſtia Ponti*
Deſidiâ tardos, & longo frigore pingues.
Deſtinat hoc monſtrum [d] *cymbæ linique magiſter*
[e] *Pontifici ſummo: quis enim* [f] *proponere talem,*
Aut emere auderet? cùm plena & littora multo
Delatore forent: diſperſi protinus [g] *algæ*
Inquiſitores agerent cum [h] *remige nudo,*
Non dubitaturi fugitivum dicere piſcem,
Depaſtumque diu vivaria Cæſaris, inde
Elapſum, veterem ad dominum debere reverti.
Si quid [i] *Palphurio, ſi credimus* [i] *Armillato,*
Quicquid conſpicuum pulchrumq; ex æquore toto eſt,
Res fiſci eſt, ubicunque natat: [k] *donabitur ergò,*
[l] *Nè pereat, jam* [m] *letifero cedente pruinis*
Autumno, jam quartanam [n] *ſperantibus ægris.*
Stridebat deformis hyems, prædamque recentem
Servabat, tamen hic properat, velut urgeat [o] *Auſter:*
Vique [p] *lacus ſuperant, ubi quamquam* [q] *diruta ſervat*
[r] *Ignem Trojanum, & Veſtam colit Alba minorem;*
Obſtitit intranti miratrix turba parumper:
Ut ceſſit, facili patuerunt cardine valvæ.
Excluſi expectant admiſſa [s] *obſonia* [t] *patres.*
Itur ad [u] *Atriden: tunc* [w] *Picens, accipe, dixit,*
Privatis majora focis, [x] *genialis agatur*
Iſte dies, propera ſtomachum [y] *laxare ſaginis,*
Et tua ſervatum conſume in ſecula rhombum.
Ipſe capi voluit: [z] *quid apertius? &* [aa] *tamen illi*
Surgebant criſtæ: nihil eſt, quod credere de ſe
Non poſſit, cùm laudatur [bb] diis æqua poteſtas.

a Solis calore æſtivo.
b Segnitèr fluentis, propeſtagnantis.
c Mæotidis exitus in Pontum Euxinum.
d Piſcator.
e Domitiano, qui quaſi Pontifex maximus erat ſacerdotum, quos inſtituerat Albæ. vide Sat. 2. ỳ. 112.
f Venum.
g Rerum etiam leviſſimarum, ut algæ, delatores.
h Piſcatore paupere.
i Conſulari delatori.
k Quod retineri non poteſt, *inquit Piſcator*, donabitur libenter & citò.
l Fiſco per delatores, *vel* nè corrumpatur & computreſcat.
m Sub fine Autumni morboſi in hyemem vergentis. n Timentibus: laborat tamen Ptol. Flavius 17. c. conject. tueri genuinam & propriam verbi ſignificationem, ut cupiant ægri febres ſuas in quartanas mutari, quæ, ut Celſus ſcribit, neminem jugulant. Verùm non perſuadet. o Quo flante, aër calidus ambiens corrumpit piſces & carnes. p Ubi jam piſcator delatoribus comitatus, lacus ſub mœnibus Albæ ſuperârat. q A Tullo Hoſtilio. r Ignem perpetuum & inextinctum cuſtodiendum, à Trojanis receptum morem nunc Tullus Hoſtilius Romam tranſtulit: prodigiis verò monitus Albæ reddidit, ubi tamen conſecratur Veſta minore cum religione, quàm Romæ. s Rhombum. t Senatores, qui in Albano cum Imperatore. u Domitianum Imperatorem Romanorum, ut fuit Agamemnon Græcorum. w Piſcator ex agro Picено, qui mari Adriatico adjacet. x Lætus, ut natalis, quo indulgetur Genio. Vide 2 Sat. Perſ. ỳ. 3. y Solvere, evacuare, ut has delicias capiat; *vel* laxare i. e. extendere his deliciis. z Quid apertius, *inquit Poeta*, hâc adulatione piſcatoris? aa Domitianus tamen hinc intumuit. bb Reges & Principes. Domitianus ſupra omnes alios, qui *Dominus & Deus noſter* appellari voluit.

Sed

Sed deërat piſci [a] *patinæ menſura: vocantur*
Ergò in concilium proceres, quos oderat ille,
In quorum facie [b] *miſeræ magnaque ſedebat*
Pallor amicitiæ: primus, [c] *clamante Liburno*
[d] *Currite, jam ſedit,* [e] *raptâ properabat abollâ*
[f] *Pegaſus, attonitæ poſitus modò villicus urbi.*
[g] *Anne aliud tunc præfecti? quorum optimus atque*
Interpres legum ſanctiſſimus: omnia quanquam
Temporibus diris tractanda putabat [h] *inermi*
Juſtitiâ: venit & [i] *Criſpi jucunda ſenectus,*
Cujus erant mores qualis facundia, mite
Ingenium: maria, ac terras, populoſque [k] *regenti*
Quis comes utilior, ſi [l] *clade, & peſte ſub illâ*
Sævitiam damnare, & honeſtum afferre liceret
Conſilium? ſed Quid violentius aure tyranni?
Cum quo [m] *de pluviis, aut æſtibus, aut nimboſo*
Vere locuturi fatum pendebat amici.
Ille igitur nunquam direxit brachia contra
[n] Torrentem, *nec civis erat, qui libera poſſet*
Verba animi proferre, & vitam impendere vero.
Sic multas hyemes, atque [o] *octogeſima vidit*
Solſtitia, [p] *his armis, illâ quoque tutus in aulâ.*
Proximus ejuſdem properabat Acilius ævi
Cum [q] *juvene indigno, quem mors tam ſæva maneret*
Et domini gladiis jam deſignata: ſed olim
Prodigio par eſt in nobilitate ſenectus:
Unde fit, ut malim [r] *fraterculus eſſe gigantum.*
[s] *Profuit ergò nihil miſero, quod comminùs* [t] *urſos*
Figebat Numidas, [u] *Albanâ nudus arenâ*

a Capax piſcis integri patina.

b Imperatoriæ. *Erat n. Domitianus non ſolùm magnæ, ſed & callidæ inopinataque ſævitiæ, &c.* Suet. 1. c. Domit.

c Præcone è Liburniâ oriundo in concilium vocante.

d O proceres (clamat præco) ſedit enim ipſe Imperator.

e Veſte feſtinantèr arreptâ.

f Juriſconſultus laudatiſſimus præfectus urbi à Veſpaſiano.

g Neque n. ſub avaro principe Veſpaſiano fuerunt præfecti aliud quàm villici, qui omni ratione omnia undecunque corradebant, & tamen ex his Pegaſus erat optimus, &c. h Debili & languidâ, principis quippe ſævitiam veritus eſt. i Criſpus ſenex jucundus, ut ἡδὺν μὲν & Ἀλκινόοιο, ἧς Τηλεμάχοιο, *ſapientia Lælii*, &c. Vibium Criſpum alii hic intelligunt, alii Paſſienum, utrumque jucundum quidem. Quintil. l. 10. c. 1. & l. 5. c. 13. Suet. in Nerone. Tacit. ad cujus Annal. 2. l. vide quæ Lipſius pro Paſſieno, & Torrentius pro Vibio ad noſtrum hunc. k Imperatori. l Domitiano. m De rebus injucundis, utcunque levibus, loqui, periculoſum & lethale erat. n *Metaphor.* impetuoſam Domitiani violentiam. o Æſtiva & brumalia, i. e. octoginta annos. p His cautis artibus. q Filio ſuo Domitio, ut nonnulli autumant, nec tamen conſtat quis fuerit iſte juvenis. r Ignobilis, obſcurus, ut filii terræ. Gigas enim à γίνεσθαι & γῆ. s Juveni nil profuit ſimulata ſtultitia. t Leones, neque enim habet ficca & arida Numidia urſos, qui frigidis gaudent, teſte Plinio, lib. 8. c. 36. Sed & Romani veteres rudes ex Africâ advectos leones obviâ & notâ voce *urſos* dixere. Vide Lipſ. 2. Elector. cap. 4. u Theatro in Albano, ubi quotannis Domitianus quinquatria Minervæ celebrans feras conficiendas exhibuit.

Venator:

Venator: quis enim jam non intelligat artes
Patricias? quis priſcum illud miretur [a] *acumen*
Brute tuum? Facile eſt [b] barbato imponere regi.
[c] *Nec melior vultu quamvis ignobilis ibat*
[d] *Rubrius,* [e] *offenſæ veteris reus, atque tacendæ:*
Et tamen [f] *improbior* [g] *Satyram ſcribente cinædo.*
[h] *Montani quoque venter adeſt abdomine tardus,*
Et [i] *matutino ſudans Criſpinus* [k] *amomo,*
[l] *Quantum vix redolent duo funera: ſævior illo*
[m] *Pompeius tenui* [n] *jugulos aperire ſuſurro.*
Et qui [o] *vulturibus ſervabat viſcera Dacis,*
[p] *Fuſcus,* [q] *marmoreâ meditatus prælia villâ;*
Et cum mortifero prudens [r] *Vejento* [s] *Catullo,*
Qui nunquam [t] *viſæ flagrabat amore puellæ,*
Grande & conſpicuum noſtro quoque tempore monſtrum;
Cæcus adulator, diruſque [u] *à ponte* [w] *ſatelles,*
Dignus [x] *Aricinos qui mendicaret ad axes,*
Blandaque devexa jactaret [y] *baſia rhedæ.*
Nemo [z] *magis rhombum ſtupuit, nam plurima dixit*
In ſævum converſus: at illi dextra jacebat
Bellua: ſi [aa] *pugnas* [bb] *Cilicis laudabat, & ictus,*
Et [cc] *pegma & pueros* [dd] *inde ad velaria raptos.*

a Qui cùm videres inter alios nobiles etiam fratrem tuum occidi, ſimulatâ ſtoliditate, effugiſti crudelitatem avunculi tui Tarquinii Superbi

b Priſco, rudi & ſimplici, non Domitiano æquè.

c Nec lætior, æquè pallidus, licèt non æquè nobilis.

d Rubrius Gallus.

e Quòd Tibiam in puritiâ corruperat, ut quidam volunt, & videtur ex ſequentibus.

f Maledicentior caſtigator, *vel* nequior. g Nerone, qui probroſo carmine laceravit Quinctianum, ut mollem & effœminatum. Tacit. Annal. 15. h Montanus Curtius ventricoſus. i Quo ſingulo mane ungitur, *vel* quod ſub ſole matutino, id eſt, oriente naſcitur. k Unguento ex floribus amomi. l Quantum impenditur funeribus duorum divitum: ſeu reſpicias odores funeri impenſos ad fœtorem uſtrinæ emendandum, ſeu aromata ad corpora perungenda, vel oſſibus & cineribus miſcenda. m Pompeius Rufus ſævior aperire. *Helleniſmus.* n Jugulare reos tectâ delatione. o Avibus cadavera vorantibus, imo præſagientibus. p Cornelius Fuſcus à Domitiano præfectus prætorio miſſus eſt contra Dacos, à quibus magnâ acceptâ clade occiſus eſt. q Inexercitatus & imperitus à deliciis & otioſâ armorum meditatione ad bellum profectus. r Fabricius Vejento, & -----s---- Catullus Meſſalinus. *Cujus ingenio ſævo & malum cæcitatis additum: ſæpius à Domitiano non ſecus ac tela, quæ & ipſa cæca & improvida feruntur, in optimum quemque contorquebatur.* Plin. Epiſt. 22. l. 4. t Nempe cæcus, & tamen amavit quod non viderat. u A ponte in quo ſedent ſtipem mendicantes, nequitiam effrontem tuſiſſe videtur, dignior ſanè ponte quàm aulâ principis. w Aſſecla & conſilliarius principis. x Qui mendicaret à curru prætervectis cibum Aricinum in Appiâ viâ ubi ſedent mendici. y Verba, preces, oſcula ipſa. z Quàm hic Catullus. aa Quas tamen non videbat. bb Gladiatoris è Ciliciâ, Aſiæ minoris regione, *Turcomania*, vel more Cilicis armati. cc Eâ arte fabricatum ut per ſe ſurgeret, & in ſublime creſceret. J. C. Scal. 1. Poët. 21. Vide quæ ad Martial. Epigr. 2. lib. ſpectac. dd Ab hoc pegmate in alta theatri velamina: videtur repræſentatus fuiſſe Ganymedes ab aquilâ raptus.

Non cedit Vejento, ſed ut [a] *fanaticus* [b] *œſtro*
Percuſſus, [c] *Bellona, tuo divinat; & ingens*
Omen habes, inquit, magni clarique triumphi;
Regem aliquem capies, aut de [d] *temone Britanno*
Excidet [e] *Arviragus; peregrina eſt bellua; cernis*
Erectas in terga [f] *ſudes? hoc defuit unum*
Fabricio patriam ut rhombi memoraret, & annos.
[g] *Quidnam igitur cenſes? concidituſ? abſit ab illo*
Dedecus hoc, Montanus ait; teſta alta paretur,
Qua tenui [h] *muro ſpatioſum colligat orbem:*
[i] *Debetur magnus patinæ, ſubituſque Prometheus.*
Argillam, atque rotam citiùs properate: ſed ex hoc
Tempore jam Cæſar figuli tua caſtra ſequantur.
Vicit digna viro ſententia: noverat ille
Luxuriam [k] *imperii veterem,* [l] *noctesque Neronis*
Jam mediàs, [m] *aliamq; famem, cùm pulmo* [n] *Falerno*
Arderet: nulli major fuit [o] *uſus edendi*
Tempeſtate meâ: p Circeis nata forent, an
[q] *Lucrinum ad ſaxum,* [r] *Rutupinove edita fundo*
Oſtrea, callebat primo deprendere morſu;
Et ſemel aſpecti litus dicebat [s] *echini.*
Surgitur, & miſſo proceres exire jubentur
Concilio, quos Albanam [t] *dux magnus in arcem*
Traxerat attonitos, & feſtinare coactos,
[u] *Tanquam de Cattis aliquid, *torviſque* [w] *Sicambris*
Dicturus: tanquam diverſis partibus orbis
[x] *Anxia* [y] *præcipiti venîſſet epiſtola* [y] *pennâ.*

a Numine affiatus, ut Minervæ ſacerdotes.
b Propriè inſectum eſt, quod & tabanus & aſilus appellatur, armenta vexans & in fugam atque furorem agens: ſumitur pro furoris ſtimulo à numine inciſo.
c O Minerva, bellipotens Dea.
d Curru aut imperio.
e Rex Britannorum.
f Spinas, pinnas. *Catachreſis.*
g An itaque, *inquit Imperator*, concidendum in fruſta cenſes piſcem?
h Circuitu laterum.
i Opus eſt perito aliquo figulo, qualis fuit Prometheus, qui homines è luto finxiſſe dicitur.
k Imperatorum.
l Epulas Neronis, de mediâ die in mediam noctem protractas.
m Incitamenta ſtomachum reficientia & appetitum procuantia.
n Ardente vino & è Falerno monte.
o Peritia in ciborum delectu.
p Rupibus ad montem Circeum in litore Campaniæ.
q Scopulum in lacu Lucrino.
r Promontorium & litus à Rutupiis, oppido Cantiorum in Britanniâ, dictum. Ang. *Richborow.*
s Piſcis marini è genere cancrorum.
t Imperator Domitianus.
u Tanquam conſulturus de expeditione aliquâ in Germanos: *unam* autem *ſuſcepit ſponte in Cattos, alteram neceſſario in Sarmatas, legione cum legato ſimul cæſâ.* Suet. Domitian. 6. c. * *Tortis*, hic reponunt quidam, ſed torvè, τόν' ἐμοὶ δοκεῖ. Neque enim hic de crine, ut Sat. 13. aut Epigram. 3. Martial. ſed de terrore è feroci populo.
w Populis item Germaniæ, qui hodie *Gueldrienſes* dicuntur. *al. Francken.*
x Anxietatis index, vel anxios reddens.
y Subito vel triſti nuntio, hoc enim ſignificat pennata Epiſtola, ut contrà, laureata lætitiam: *alii* de avibus literas geſtantibus, nihil ad rem: *alii* ad veredarios reſpiciunt, qui pennam in capite geſtabant velocitatis ſymbolum, vel ut transfert Ariſtides, ἡ τάχιστα ὥσπερ ὑπὸ πτηνῶν φερομένη. in Panegyrico Romæ. καὶ πτηνοφόροι συντυχῶς ἐφοίτων αἱ τι προχωρεῖν ἐκείνῳ φράζουσες. Plutarch. in Galbâ.

Atque

Atque utinam his potiùs nugis tota illa dediſſet
Tempora ſævitiæ, claras quibus abſtulit urbi
Illuſtreſque animas impunè, & [b] vindice nullo.
Sed periit, poſtquàm cerdonibus eſſe timendus
Cœperat: hoc nocuit, [d] Lamiarum cade madenti.

a Viros nobiles. b Nemine nobilium vindictam auſo, verùm quum in ignobiles crudelitatem exercere cœpit, ab iis occiſus eſt. c Sævitia in plebem ultio fuit Domitiano madenti cæde----d----Nobilium, inter quos & Lucium Lamiam nobiliſſimæ familiæ virum interfecit.

SATYRA V.

Parasitum à cœnis divitum dehortatur, in quibus contemptìm, miserè & contumeliosè tractato non liceat frui, nedum, tangere delicias, quæ ipsis divitibus apponuntur. Vide Luciani Epist. ἐγὼ Κρόνῳ χαίρειν.

VI te propoſiti nondum pudet atque eadem eſt mens,
Ut bona ſumma putes, aliena vivere quadrâ:
Dpores illa pati, quæ nec [a] Sarmentus iniquas
Cæſaris ad menſas, nec vilis [b] Galba tuliſſet;
Quamvis jurato mentiam tibi credere teſti.
Ventre nihil novi frugalius: [c] hoc tamen ipſum
Defeciſſe puta, quod inani ſufficit alvo.
Nulla [g] crepido vacat? nuſquam pons & [h] tegetis pars
Dimidiâ brevior? [i] tantine injuria cœnæ?
*Tam [k] jejuna fames; cùm * poſſis honeſtiùs illic*
Et [l] tremere, & [m] ſordes farris mordere canini?
Primo fige loco, quòd tu diſcumbere juſſus
Mercedem ſolidam veterum capis officiorum.
Fructus amicitiæ magnæ [n] cibus: [o] imputat hunc Prex,
Et quamvis rarum, tamen imputat: ergò duos poſt
Libuit menſes neglectum adhibere [q] clientem,
Tertia nè vacuo ceſſaret culcitra lecto;

a Eques Romanus, ſcurra nobilis, Cæſaris Auguſti tempore, de quo Hor. 5. Sat. 1. lib. b Alter ſcurra Cæſaris. c Licèt jures te nec pudere propoſiti abjecti, nec tædere harum injuriarum, credere tamen nolim. d Natura ventris parvo contenta eſt. e Finge tamen illud parvum non ſuppetere. f Nulla caverna, nullus pons vacat, ubi liberè potiùs mendices, quàm æquè miseram vitam agas ſerviliter adulando? g Propriè litoris vel ripæ ora, quam aqua alluit: hìc locus eminens vel caverna in muro ceu ripâ, ubi ſedent mendici, ut in pontibus. h Minor pars tegetis, quâ mendici ſe tegunt. Sat. 9. ℣. 140. *A tegete & baculo.* i Tantine æſtimas cœnam illam, quâ tot injurias pateris? k Tantine cœna unde jejunus ſurgis? *vel*, Tantine cœnam æſtimas, ut ob illam has patiare injurias? * Alii legunt *faſcis*, ut conſtet carmen. l Frigore horrere. m Sordidum caninum panem è farre. n *A meals meat.* o *Imputat* tibi ſatisfactum & relatum. *Imputare* Suetonio, Tacito noſtro, Plinio, Quintiliano, aliiſque inferioris ævi autoribus valet, *Poſtulare id ſibi gratiæ* apponi. Tacitus eâdem mente uſurpavit vocem *Jactare*. Ann. 6. p Dives patronus. q Te. r Ut ſit qui tertiam culcitram ſuppleat in lecto, quo diſcumbitur ad cœnam.

Unà

Unà [a] *ſimus, ait.* [b] *Votorum ſumma; quid ultrà*
Quaris? [c] *habet Trebius propter quod rumpere ſomnum*
Debeat, & [d] *ligulas dimittere, ſolicitus* [e] *nè*
Tota ſalutatrix jam turba peregerit orbem
[f] *Sideribus dubiis, aut* [g] *illo tempore, quo ſe*
Frigida circumagunt [h] *pigri* [i] *ſarraca Boötæ.*
Qualis cœna tamen? vinum, quod [k] *ſuccida nolit*
Lana pati: de convivâ [l] *Corybanta videbis.*
[m] *Jurgia proludunt: ſed mox & pocula torques*
* *Saucius, &* [n] *rubrâ deterges vulnera mappâ,*
Inter [o] *vos quoties, libertorumque cohortem*
Pugna [p] *Saguntinâ fervet commiſſa lagenâ.*
[q] *Ipſe* [r] *capillato diffuſum conſule potat,*
Calcatamque tenet [s] *bellis ſocialibus uvam,*
[t] *Cardiaco nunquam cyathum miſſurus amico.*
Cras bibet [u] *Albanis aliquid de montibus, aut de*
[w] *Setinis,* [x] *cujus patriam, titulumque* [y] *ſenectus*
Delevit multâ veteris [z] *fuligine* [aa] *teſtæ;*
Quale coronati [bb] *Thraſea, Helvidiuſque bibebant,*
[cc] *Brutorum & Caſſi natalibus.* [dd] *Ipſe capaces*
[ee] *Heliadum cruſtas,* [ff] *& inæquales beryllo*

a Cœnemus: ſic Chremes Terentianus. *Dionyſia hìc ſunt, hodiè apud me ſis volo.*
b Eſt tibi jam tuorum ſumma.
c Tu habes amplam mercedem officiorum, quod toties ſummo mane & intempeſto abruperis ſomnum, ut patronum ſalutes, & comiteris ipſum alios ſalutaturum infra ℣. 76 & Martial. l. 3. Epig. 36. *Enallage perſonæ.*
d Lig. veſtium vel calceorum anſas non ligare. e Ne reliqui clientes circumſtantes ſalutent patronum, nec dum tu veneris. f Diluculò, dubiâ luce. g Ipsâ nocte. h Quia polovicinioris. i Plauſtra ſeptentrionalia ſigni urſam majorem inſequentis, Arctophylacis. k A ſudore recens lana & liquorum quaſi fiſtiens, vel præparanda & imbuenda vino, quo melius ſumat purpuram; vinum tamen hoc non imbibat. l Temulentum, inſanum, inſtar Corybantis Cybeles ſacerdotis caput rotantem. m Et convitia proludia ſunt pugnæ. * Non vino tantùm, ſed & poculo. n Cruentata. o Clientes paraſitos. p Fictili è Sagunto in Hiſpaniâ. q Patronus contrà. r Antiquo: antiqui n. Romani erant intonſi, fortè Lucilium Opimium innuit, quo conſule diffuſa ſunt vina, quæ in ducenteſimum annum ſervata fuerant. s Sex. Julio Cæſare & M. Philippo Coſſ. movebatur bellum cum ſociis, quos civitate donare contendebat Liv. Druſus, Luc. Flor. l. 3. c. 17. hoc a. anno optimum diffuſum eſt vinum. t Laboranti cordis dolore, vel ſtomachi vitio ab humore acri vellicante & rodente, cui medicina à vino. u Vinum Albanum. w Montibus juxta Setiam oppid. Campaniæ. x Gypſatis picatiſque amphoris à cervicibus affixa erant pittacia cum inſcriptione ubi natum ſit vinum, & quo conſule conditum. y Vetuſtas. z Mucore & ſitu. aa Vaſis fictilis, quo vinum conditum ſervabatur. bb Pætus, & Helv. Priſcus gener ipſius (de quorum ſtudio libertatis & conſtantiâ lege Suetonium & Tacitum in Nerone) libertatis ſtudio & odio tyrannidis celebrabant ſolennem memoriam. -----cc----- Junii Br. qui Tarquinium expulit, & D. Junii Br. & Caſſii, qui Cæſarem confoderunt: floribus autem coronati convivabantur veteres. Vide cauſam in notis ad Senecæ Thyeſt. ℣. 944. dd Ipſe Virro, id eſt, patronus dives. ee Phialas ex electro aquis indurato è gummi & lacrymis Heliadum Phaëtontis ſororum in alnos, ſive ut alii fabulantur, in populos verſarum. ff Aureas phialas aſperas beryllis, ſexangulâ formâ, politis ad ſplendoris repercuſſionem, Plin. l. 37. c. 5.

[a] *Virro tenet phialas: tibi non committitur aurum,*
Vel ſi quando datur, cuſtos affixus ibidem,
Qui numeret gemmas, [b] ungueſque obſervet acutos.
[c] Da veniam, præclara illic laudatur laſpis;
Nam Virro (ut multi) gemmas ad pocula transfert
[d] A digitis, quas in [e] vagina fronte ſolebat
Ponere zelotypo [f] juvenis [g] prælatus [h] Hiarba.
Tu [i] Beneventani ſutoris nomen habentem
Siccabis calicem naſorum quatuor, ac jam
Quaſſatum, & [k] rupto poſcentem ſulfura vitro.
Si ſtomachus domini fervet vinoque ciboque,
Frigidior Geticis petitur [l] decocta pruinis.
Non eadem [m] vobis poni modò vina querebar:
Vos aliam potatis aquam: tibi pocula [n] curſor
Getulus dabit, aut nigri manus [o] oſſea Mauri,
Et cui per mediam nolis occurrere noctem,
Clivoſæ veheris dum per [p] monumenta Latina.
[q] Flos Aſiæ ante ipſum, pretio majore paratus
Quàm fuit & Tulli cenſus pugnacis, & [r] Anci.
Et nè te teneam, [s] Romanorum omnia regum
Frivola: quod cùm ità ſit, tu [t] Getulum Ganymedem
Reſpice, cùm ſities: neſcit tot millibus emptus
Pauperibus miſcere puer; ſed forma, ſed ætas
Digna [u] ſupercilio. Quando ad te pervenit ille?
Quando vocatus adeſt [w] calidæ, gelidæque miniſter?
Quippe indignatur veteri parere clienti:
Quodque aliquid poſcas & quod ſe ſtante recumbas.
Maxima quæque domus ſervis eſt plena ſuperbis.
Ecce alius quanto porrexit murmure panem
[x] Vix fractum, ſolidæ jam mucida fruſta [y] farinæ,
Quæ genuinum agitent, non admittentia morſum;
Sed tener & niveus, mollique ſiligine factus
Servatur domino: dextram cohibere memento:
Salva ſit [z] artopta reverentia: finge tamen te

a Servus, qui manus tuas obſervet.
b Tuos ungues aduncos, nè quid abradas.
c Nec injuria, namque.
d Ex annulis.
e Manubrio enſis.
f Æneas, cujus *ſtellatus Iaſpide fulvâ Enſis erat.* Virg. 4 Æn.
g Ab Eliſâ.
h Regi Libyæ.
i Vitreum calicem quatuor roſtra, velut naſos, habentem, qualem habuit ſutor Beneventanus Vatinius, à quo calices ejuſmodi vitrei dicti ſunt Vatiniani. Vide quæ ad Martial. Ep. 69. lib. 14.
k Rupta enim vitrea ſulphuratis permutabantur. Vide quæ ad Martial. Epig. 42. lib. 1.
l *Aqua decocta & vitris demiſſa in nives, ut refrigeretur. Neronis inventum.* Plin. lib. 31. cap. 3. Sueton. Ner. 48. cap. *vel* ſimpliciter nivis Scythiæ æmula.
m Clientibus, paraſitis. *Emphaticè.*
n Fuſcus è Numidia curſor. *A Lacquay.*
o Macilenta & ſine pulpâ.
p Vide 1. Satyr. in calce.
q Pocillator formoſus: pincerna ex Aſiâ, qualis Jovi raptus Ganymedes.
r Tertii & quarti regum Romanorum.
s Utenſilia & ſuppellex Romanorum regum inferiora ſunt hujus pueri precio.
t Ironicè contrària miſcet, ut ſæpè.
u Faſtu ut te contemnat.
w Aquæ.
x Qui ita vetuſtate induruit, ut vix frangi poſſit.
y Panis ex farinâ.
z Diſpenſatoris panis, ex ἄρτος, panis, & ὄπτομαι, video: cujus reverentiam cave ſis ne violes, auſus panem domino coctum ſumere.

* *Impro-*

* *Improbulum,* [a] *ſupereſt illic qui* [b] *ponere cogat.*
[c] *Vin' tu conſuetis audax conviva* [d] *caniſtris*
Impleri, paniſque tui noviſſe colorem?
[e] *Scilicet hoc fuerat propter quod ſæpe* [f] *relictâ*
Conjuge, per montem adverſum, [g] *gelidaſque cucurri*
Eſquilias, fremeret ſævâ cum grandine vernus
[h] *Juppiter, & multo ſtillaret penula nimbo.*
Aſpice quam longo [i] *deſtendat pectore lancem*
Quæ fertur domino ſquilla, & quibus undique [k] *ſepta*
Aſparagis, quâ [l] *deſpiciat convivia caudâ,*
Cùm venit excelſi manibus ſublata miniſtri.
Sed tibi dimidio [m] *conſtrictus* [n] *gammarus* [o] *ovo*
Ponitur exiguâ [p] *feralis cœna patellâ.*
Ipſe [q] *Venafrano piſcem perfundit: at hic, qui*
[r] *Pallidus offertur miſero tibi caulis,* [s] *olebit*
Laternam; illud enim veſtris datur [t] *alveolis, quod*
[u] *Canna* [w] *Micipſarum* [x] *prorâ ſubvexit acutâ;*
Propter quod Remæ cum [y] *Bocchore nemo lavatur;*
[z] *Quod tutos etiam facit à ſerpentibus* † *atris.*
Mullus erit domino quem miſit [aa] *Corſica, vel quem*
[bb] *Tauromenitanæ rupes; quando omne* [cc] *peractum eſt,*
Et jam defecit noſtrum mare: dum gula ſævit,
Retibus aſſiduis penitus ſcrutante [dd] *macello*
[ee] *Proxima,* [ff] *nec patitur Tyrrhenum creſcere piſcem.*
[gg] *Inſtruit ergò focum provincia, ſumitur illinc*
[hh] *Quod captator emat Lenas,* [ii] *Aurelia vendat.*
Virroni muræna datur, quæ maxima venit
Gurgite de Siculo: nam dum ſe continet Auſter,
Dum ſedet, & ſiccat madidas in [kk] *carcere pennas,*

* *Saucy.*
a Artoptes.
b Deponere panem illum candidum.
c Ait artoptes.
d Pane. Metonymia continentis.
e *Clientis murmurantis verba.*
f Mediâ nocte.
g Collem Romæ ventis expoſitum.
h Aër.
i Impleat.
k Condita & circundata herbis delicatis.
l Altè lata deorſum in menſam aſpiciat.
m Semiplenus, *Spent.*
n E marini caneri ſpecie.
o Ovis ſuis, vel quibus conditur.
p Nuda & jejuna inſtar cœnæ feralis.
q Oleo optimo ex agro Venafrano in Campaniâ. r Languens, flaccidus. s Præ ſe ferat odorem olei viliſſimi, quod adhibetur lucernis, quaſi ungebatur *fraudatis Natta lucernis* Hor. Sat. 6 l. 1 & videtur alludere ad illud in Demoſthenem jactatum, τὸν λύχνον ὄζει. t Patinis ligneis. u Navicula è *Cannâ*, vel doliolum è cannis acuminatum formâ pyramidali. w Afrorum à Micipſâ rege. x Navi. y Cum Numidâ aliquo vel Afro, *à Bocchore rege Maurorum denominato.* z Cujus olei odorem tetrum non ferunt ſerpentes. † *Afris*, legit Jan. Rutgerſius var. lect. l. 2 c. 17. Horat. l. 2. Sat. ult. *velut illa Canidia affliſſet pejor ſerpentibus Afris.* Et oda. *Nec Mauris animum mitior anguibus.* aa Inſula in mari Liguſtico. bb Rupes juxta Taurumenium oppidum Siciliæ. cc Exhauſtum, exinanitum. dd Piſcatore quovis è macello. ee Maria. ff In mari Tyrrheno, id eſt, infero. gg Piſcibus inſtruit focum & culinam noſtram. hh Piſces, quos emptos hæredipetæ orbis donent. ii Mulier quæ piſces venditat, ---- *vel*, dives orba, quæ datos ab hæredipetis piſces vendit. kk Æolio antro: & pennas ex figmento Poët. *madidis Notus evolat alis*, Ovid. 1. Meta. ut *Æolio in carcere* 10. Sat ℣. 181. ex Virg. 1. Æn. ℣. 145. *clauſo ventorum carcere.*

Contemnunt

Contemnunt mediam temeraria [a] *lina* [b] *Charybdim.*
Vos anguilla manet longæ [c] *cognata colubræ,*
Aut [d] *glacie aſperſus maculis* [e] *Tiberinus, & ipſe*
Vernula riparum pinguis * *torrente cloacâ,*
Et ſolitus mediæ [f] *cryptam penetrare Suburræ.*
[g] *Ipſi pauca velim, facilem ſi præbeat aurem:*
Nemo petit, modicis [h] *quæ mittebantur amicis*
A [i] *Senecâ, quæ* [k] *Piſo bonus, quæ* † *Cotta ſolebat*
Largiri: namque & [l] *titulis, & faſcibus olim*
Major habebatur donandi gloria: ſolùm
Noſcimus, ut cœnes civiliter: hoc face, & eſto:
Eſto (ut nunc multi) dives tibi, pauper amicis.
Anſeris ante ipſum magni [m] *jecur, anſeribus par*
Altilis, & [o] *flavi* [p] *dignus ferro Meleagri*
Fumat [q] *aper; poſt hunc raduntur tubera, ſi ver*
Tunc erit, & [r] *facient optata tonitrua cœnas*
Majores: tibi habe frumentum, [s] *Aledius inquit,*
O Libye, diſjunge boves, dum tubera mittas.
[t] *Structorem interea, ne qua* [w] *indignatio deſit,*
Saltantem ſpectes, [x] *& Chironomonta* [y] *volanti*
Cultello, donec peragat [z] *dictata magiſtri*
Omnia: [aa] *nec minimo ſanè diſcrimine refert*
Quo geſtu lepores, & quo gallina ſecetur.
Ducèris plantâ, velut ictus ab Hercule [bb] *Cacus,*
Et ponère foris, ſi quid tentaveris unquam
Hiſcere, [cc] *tanquam habeas tria nomina. Quando propinat*
Virro tibi, ſumitque tuis contacta labellis
Pocula? quis veſtrûm temerarius uſque adèo, quis

a Piſcatores cum linis & retibus.
b Vorticem in freto inter Siciliam & Italiam.
c Ejuſdem formæ & generis, quam cum colubro coire ferunt, ut & muræna.
d Maculoſus, cui dorſum ex albo cœruleum eſt, venter candidus nigris maculis conſperſus, qui notæ deterioris eſt, melioris *Lanens.*
e Præſtantiores ſunt in Nare fluvio piſces, quàm in Tyberi. Galen. περὶ τροφ.
* *Torpente* legendum putat Jan. Rutgerſius var. lect. l. 2. 17.
f Cavernas & meatus ſubterraneos, per quos ſordes è Suburrâ, & totâ urbe defluunt in Tiberim. g Virroni, patrono diviti & avaro. h Qualia munera. i Annæo Sen. Neronis præceptore, optimo & ſanctiſſimo viro. k C. Piſo Calpurnius & Aurelius Cotta viri liberales. l Munificentiam & liberalitatem exercere apud majores noſtros majorem habebat gloriam, quàm titulis nobilitatis ſplendere aut magiſtratus & dignitates adipiſci. m Mulſo, lacte, ficu & caricâ fartum. Vide Martialis Epigr. 58. lib. 13. n Gallina vel anas. o Formoſi vel pulchricomi p Non minor apro Calydonio, quem occîdit Meleager. q Integer appoſitus fumat. r Luxurioſis optata, tonitruis tubera naſcuntur copioſè. Plin. 19. l. 3. c. s Guloſus quidam. t O Africa, nè exerceas terram ad fruges, modò mittas tubera. u Carptorem. vide Satyr. 11. ỳ. 136. w Ne qua indignationis cauſa tibi deſit. x Manibus geſticulantem artificioſè. y Agiliter verſato. z Inciſendo fercula, ut docuit magiſter Tripherus. Satyr. 11. ỳ. 137. aa Ironicè. bb Gigas qui boves Herculis abegerat, quem Hercules pedibus ex antro protraxit. Virg. 8. Æn. cc Tanquam ſis nobilis, ingenuus Romanus liberque, ut eſt, prænomen, nomen, cognomen, *vide Polliaxum.* 31. c. *Miſcell.*

Perditus,

Perditus, ut dicat regi, bibe? plurima ſunt, quæ
Non audent [a] homines pertusâ dicere lænâ.
[b] *Quadringenta tibi ſi quis deus, aut* [c] *ſimilis diis*
Et melior [d] *fatis donaret,* [e] *homuncio, quantus*
Ex nihilo fieres! quantus Virronis amicus! 134
[f] *Da Trebio, pone ad Trebium; vis frater ab iſtis*
Ilibus? [g] ô nummi vobis hunc præſtat honorem,
Vos eſtis fratres: *dominus tamen,* [h] *& domini rex*
Si vis tu fieri, [i] *nullus tibi parvulus aulâ*
Luſerit Æneas, nec filia ...alcior [k] *illo.* 139
Jucundum & charum ſterilis facit uxor amicum.
Sed tua nunc [l] *Mycale pariat licèt, & pueros tres*
In gremium patris fundat, ſimul ipſe loquaci
Gaudebit [m] *nido,* [n] *viridem thoraca jubebit*
Afferri, minimaſque nuces, aſſemque [o] *rogatum,*
Ad menſam quoties [p] *paraſitus venerit infans.* 145
Vilibus [q] *ancipites fungi ponentur amicis,*
Boletus domino: ſed qualem [r] *Claudius edit,*
Ante [s] *illum uxoris, poſt quem nil amplius edit.*
Virro ſibi, & reliquis [t] *Virronibus illa jubebit*
Poma dari, quorum ſolo paſcaris odore, 150
[u] *Qualia perpetuus Phæacum autumnus habebat;*
Credere quæ poſſis ſurrepta [w] *ſororibus Afris.*
Tu [x] *ſcabie frueris mali, quod in aggere rodit,*
[y] *Qui tegitur parmâ & galeâ, metuenſque flagelli*
Diſcit [z] *ab hirſuto jaculum torquere Capellâ.* 155

a Pauperes, quibus detrita ſit & lacera chlamys. τῷ δ' πανίη δεδημένῳ δεδεται ἡ γλῶσσα, Theognis. ℣. 177
b Sêſtertia, id eſt, cenſum equeſtrem, noſtræ monetæ 3125. lib.
c Heros vel homo beneficus.
d Quàm tua fata.
e Tu priùs homuncio vilis, quanto mox fores in precio apud ipſum?
f Imperaret ſtructori dives his verbis.
g *Inquit Poëta.* hoc nummis præſtat, non homini.
h Virronis dominus & rex.
i Si orbus, nullus tibi filius ſit: ex quartâ Æn. ℣. 328. uſurpat hæc Didonis verba: *Si quis mihi parvulus aulâ Luderet Æneas.* k Tibi charior quàm Virro captator dives. l Uxor. m Loquaci pueritiâ: id eſt, pueris delectari videbitur, quos tamen nullos optat. Metaph. n Levia tamen iis munuſcula dabit, quia tu dives es. o A puero rogatum, ad poma, nuces & nugas emendas. p Petens cibum aut munuſcula. q Periculoſi plerumque & lethales, *immenſo exemplo in crimen inducti, veneno Tib. Claudio principi per hanc occaſionem à conjuge Agrippinâ dato.* Plin. lib. 22. cap. 22. r Claudius Imperator quintus. s Ab Agrippinâ uxore venenatum. Vide Sat. 6. ℣. 621. t Sui ſimilibus, divitibus. u Qualia nata in perpetuò virentibus & fructiferis hortis Phæacum, de quorum rege Alcinoo, canit Homerus & Antiquitas omnis. w Atlantis filiabus ſcilicet, aurea mala ex hortis Heſperidum in Africâ. x Scabioſo malo. y Tyro. z A Centurione, qui exercet tyrones, hirſuto inſtar capellæ, *vel* induto ſago Cilicio, *aliis*, ab amento è corio capellæ. *Brod. Miſc.* l. 9. c. 1. ab arcu è cornibus caprinis. Simiam intelligit Jan. Rutgerſius, quæ, lucelli causâ, ab agyrtis jaculo inſtitui ſolet. Martial. l. 14. ep. 202. bardocucullo tecta, Martial. parmâ & galeâ tecta, ridiculi cauſa, flagello aſſueta officiique ſui admonita. Vide Rutgerſii var. lect. l. 3. c. 15. & vetus Pithœi Scholiaſtes habet annotationem, *quale ſimia manducat.* Sed non ego credulus illis.

Forſitan

Forsitan impensæ Virronem parcere credas:
*Hoc agit, ut doleas: nam * quæ comœdia? mimus*
Quis melior plorante gulâ? ergo omnia fiunt,
Nescis, ut per lacrymas effundere bilem
Vigaris, [a] preſſoque diu ſtridere molari.
Tu tibi liber homo, & regis conviva videris;
Captum te nidore ſuæ putat ille culinæ.
Nec malè conjectat: † quis enim tam nudus, ut illum
Non ferat, [b] Hetruſcum puero ſi contigit aurum?
Vel [c] nodus tantùm, & ſignum de paupere loro?
Spes bene cœnandi vos decipit: [d] ecce dabit jam
Comeſum leporem, atque aliquid de clunibus apri.
Quid nos jam veniet minor [e] altilis: inde [f] parato
Tractoque omnes & ſtricto pane tacetis.
Ille ſapit, qui te ſic utitur: [g] omnia ferre
Non potes, & debes: [h] pulſandum vertice raſo
Præbebis quandoque caput, nec dura timebis
Flagra pati, his epulis & tali dignus amico.

* *Ridiculus atquè nullus eſt quàm quando eſurit.* Crocotium ancilla apud Plautum in Sticho. Act. 1. Scen. 3.

a Irâ frendere.

† Quis enim tam pauper ac miſer eſt, cui vel ingenuo vel libertino contigit libertas, ut hæc pati poſſit?

b Mos bullæ aureæ geſtandæ ab Etruſcis ſumptus eſt. Vide Perſ. Satyr. 5. ỳ. 31.

c Tenuiores libertinæ conditionis coriaceam bullam vel nodum gerebant. p Vos omen abjecti aſſeclæ concepiſtis ſpem de reliquiis ferculorum, quibus hiantes dicitis apud vos, *Ecce dab.* &c. e Gallina ſaginata. f *Inquit Pœta*, non tangitis panem adſtrictum duritie, vel appoſitum tanquam, Metaph. à gladio ſtricto, dum exſpectatis illas dapes, ſed fruſtrà. g Omnia ferre ſi potes, quæ Paraſitis eveniunt, equidem debes. h Omnibus contumeliis & plagis excipient te, tuo merito, qui ferre illa velis, perinde ac ſi malè tonſus aut raſus ſervus eſſes, vel paraſitus plagipatida.

SATYRA VI.

Ariſidium Poſthumum ab uxore ducendâ diſſuaſurus, acritèr ſatis inſurgit in mulierum ludos ſcenicos, libidines, ſuperbiam, Græcæ linguæ, liberalium artium, critices, politices, imò gladiatoriæ inverecundam affectationem, ſupercilioſum in maritos imperium, crudelitatem, temulentiam, ſuperſtitionem denique & veneficia.

Credo pudicitiam, [a] Saturno rege, moratam
In terris, viſamque diù, cùm frigida parvas
Præberet ſpelunca domos, ignemque, laremque,
Et pecus, & dominos communi clauderet umbrâ;
Sylveſtrem montana torum cùm ſterneret uxor
Frondibus, & culmo, vicinarumque ferarum
Pellibus: haud ſimilis tibi, [b] Cynthia, nec tibi, [c] cujus

a Seculo aureo, ſimplici.

b Culta & elegans amica Propertii.

c Lesbia, Catulli amica.

Paſſer mortuus eſt meæ puellæ, Flendo turgiduli rubent ocelli. Catull.

effuſè lacrymans de morte paſſerculi:

Turbavit nitidos extinctus passer ocellos:
Sed potanda ferens infantibus ubera magnis,
Et sæpe horridior [a] *glandem ructante marito.*
Quippe aliter tunc orbe novo, cœloque [b] *recenti*
Vivebant homines, qui [c] *rupto robore nati,*
[d] *Compositique luto* [e] *nullos habuere parentes.*
Multa pudicitiæ veteris vestigia forsan,
Aut aliqua extiterant & [f] *sub Jove, sed Jove* [g] *nondum*
Barbato, nondum Græcis jurare paratis
Per caput alterius, cùm furem nemo timeret
Caulibus, aut pomis, & [i] *apèrto viveret horto.*
Paulatim deinde ad superos [k] *Astræa recessit,*
[l] *Hâc comite, atque duæ pariter fugêre sorores.*
Antiquum & vetus est alienum, Posthume, lectum
[m] *Concutere, atque* [n] *sacri genium contemnere fulcri:*
Omne aliud crimen mox ferrea protulit ætas:
Viderunt primos argentea sæcula [o] *mœchos.*
[p] *Conventum tamen & pactum, &* [q] *sponsalia,* [q] *nostrâ*
Tempestate paras: jamque [r] *à tonsore magistro*
Pecteris, & [s] *digito pignus fortasse dedisti.*
Certè sanus [t] *eras: uxorem, Posthume, ducis?*
Dic quâ [u] *Tisiphone? quibus exagitare* [u] *colubris?*
Ferre potes dominam salvis [w] *tot restibus ullam?*
Cum pateant altæ [x] *caligantesque* [y] *fenestræ?*
Cum tibi vicinum se præbeat [z] *Æmilius* [aa] *Pons?*
Aut si de multis nullus placet exitus; illud
Nonne putas melius, quod tecum [bb] *pusio dormit?*
Pusio, qui noctu [cc] *non litigat, exigit à te*
Nulla jacens illic munuscula, nec queritur quòd
Et [dd] *lateri parcas, nec quantum jussit,* [ee] *anheles.*
Sed placet Ursidio [ff] *lex Julia:* [gg] *tollere dulcem*
Cogitat hæredem, cariturus [hh] *turture magno,*

a Quâ avidè vescebatur.
b Recens exstructo, & ab elementis nuper secreto.
c Ex figmento poëtico. Virg. *Gensq; vi rûm truncis & duro robore nata.* Æn 8. ỳ. 315.
d A Deo vel à Prometheo affícti.
e Terræ filii.
f Ætate argenteâ.
g Nondum adulto & adultero.
h Parentum, liberorum, aut aliorum quos charos habebant: quæ solennis jurandi formula, uti & per suum caput.
i Incustodito, sepimentis haud munito.
k Justitia Astræi Titanos & Auroræ filia.
l Pudicitiâ.
m Ascendere, violare.
n Conjugalis tori præsidem.
o Synecd. *fulcri, quo fulcitur lectus.* o Jovem, Neptunum, Martem, Apollinem, Mercurium, &c. p Amicorum, super sponsalibus.
q Hâc ætate maximè adulterâ. r Ut nitidior placeas uxori futuræ.
s Sponsæ annulum. t Priùs antehac sapuisti, jam dementas, imò furis: vel lege interrogatoriè: *Certè sanus eras?* u Furiâ ultrice ὀφιόπλοκαμον, i. e. colubris crinitâ. w Quibus te potiùs suspendas. x Quæ caliginem oculis obducant propter altitudinem, *vel* noctis tenebras.
y Unde te præcipitare possis. z A M. Æmilio Scauro conditus.
aa Unde te in Tiberim immergas. bb παιδεραστίαν probare videtur.
cc Quod uxor facit: infra ỳ. 269. dd Quod nimiâ libidine exhaustum læditur. ee Te clinopale & nocturnâ operâ defatiges. ff In adulteros lata. gg Suspicere & educare. hh Avi, *vel potiùs* pisce, *quia* magno.

[a] *Mullo-*

Mullorumque jubis, [b] *& captatore macello.*
Id fieri non posse putes, si jungitur ulla
Urfidio? si mœchorum [c] *notissimus olim*
Volta [d] *marito jam porrigit ora capistro,*
Quem toties texit perituri cista Latini?
Quid? quod & [f] *antiquis uxor de moribus illi*
Queritur? [g] *ô medici, mediam pertundite venam.*
Delicias hominis! Tarpeium [h] *limen adora*
Pronus, & [i] *auratam* [k] *Junoni cæde juvencam,*
Si [l] *tibi contigerit capitis matrona pudici.*
Hæc adeò [m] *Cereris vittas contingere dignæ,*
Quarum non timeat pater [n] *oscula:* [o] *necte coronam*
Postibus, & denos per limina tende corymbos.
Quis [p] *Iberina vir sufficit? ocyùs illud*
Extorquebis, ut hæc oculo contenta sit uno.
Magna tamen fama est [q] *cujusdam rure paterno*
Parcentis: vivat [r] *Gabiis, ut vixit in agro;*
Vivat [r] *Fidenis, & agello cedo paterno.*
Quis tamen affirmat, nil actum in montibus, aut in
Pomptinis? sic adeò senuerunt Juppiter & Mars?
Porticibusne tibi monstratur fœmina [u] *voto*
Digna tuo? [w] *cuneis an habent spectacula totis,*
Quod securus ames, quodque inde excerpere possis?
Chironomon Ledam molli saltante Bathyllo,
Tuccia [z] *vesicæ non imperat,* [y] *Appula* [aa] *gannit*
Sicut in amplexu, [bb] *subitum & miserabile, longum*
Attendit Thymele, Thymele tunc rustica discit.
Hæc aliæ, quoties aulæa recondita cessant,
Et vacuo claudoque [dd] *sonant fora sola theatro,*

a Jubatis & barbatis mullis.
b Et aliis obsoniis, quæ à captatoribus è macello empta orbis donantur.
c Urfidius.
d Conjugali vinculo, fræno.
e Qui sæpiùs periturus, superveniente marito, ab ejus adulterâ uxore cistâ tectus fuerit: quale furtum in mimo vidimus Latinum mimum repræsentante.
f Pudica & casta.
g Ne insaniat. Si delirans manum porrigere detrectet, vena in fronte secetur. &c. Paulus Ægineta, 3. l. cap. de phreneticis, & Aetius lib. 6. c. 8.

h O delicatum hominem Urfidium, qui tam insignis adulter possis castam sperare uxorem! h Jovem Capitolinum in introitu arcis Tarpeiæ. i Auratis cornibus. k Conjugii præsidi pronubæ, in pellices & adulteros sævæ. l Tam insigni adultero. m Cujus mysteria non nisi castis fœminis, sunt celebranda. n Tanquam basia & suavia impudica potiùs, quàm pia oscula. o Quod fieri solitum nuptiarum die. p Sponsæ Urfidii, *vel* cuivis in urbe educatæ. q Quæ pudicè vixit ruri: nec tamen credo victuram illam æquè pudicam, si viderit semel urbis mores corruptos. r Vilibus oppidis, castè, ut priùs in agro: quod si non possit, multo minùs Romæ. s Nec desunt corruptores Virginum etiam in agris. t Pompeji. Liviæ vel Isidis, in quibus spatiantur mulieres. u Qualem tu velis, pudicam. w Sedibus theatri. x Saltationem manibus gesticulantis Ledæ repræsentante mimo. J. C. Scal. 1. lib. poët. 18 cap. y Ruftica. z Non continet urinam v. 318. aa Gannitu & murmure libidinosum fatetur affectum. bb Subitum, miserabile longum: gestus & motus quos exprimit mimus. cc *Longo verò Indorum intersitio & ipsæ histrionicam exerçent, ac mimorum vestes contrectant.* dd Forensibus causis & judiciis.

a Ubi nimis diù ceſſare videntur ludi, & poſt plebeios ludos diù exſpectata, dominis his deſiderantibus, non exhibentur Megaleſia; ipſæ tractant & exercent ludos

b Circenſes ludi magnæ matri Deûm conſecrati.

c Spectaculorum deſiderio.

d Ornamenta & arma hiſtrionica. Subligaculum autem περιζωμα, erat pudendorum velamen: neque tamen

[a] *Atque à Plebeis longè* [b] *Megaleſia,* [c] *triſtes*
[d] *Perſonâ* [d] *thyrſumq; tenent, &* [d] *ſubligar* [e] *A*
[f] *Urbicus* [g] *exodio riſum movet* [h] *Atellanæ*
Geſtibus Autonoes; [i] *hunc diligit Ælia pauper.*
[k] *Solvitur his magno comœdi* [l] *fibula:* [m] *ſunt qu*
Chryſogonum cantare vetent: Hiſpulla tragœdo
Gaudet: an exſpectas, [n] *ut Quintilianus ametur?*
Accipis uxorem de quâ citharœdus Echion,
Aut [o] *Glaphyrus fiat pater, Ambroſiuſq;* [p] *chora*
Longa per anguſtos figamus [q] *pulpita vicos,*
Ornentur poſtes, & grandi janua [r] *lauro,*
Ut teſtudineo tibi, [s] *Lentule,* [t] *conopeo*
Nobilis Euryalum myrmillonem [u] *exprimat infans.*
Nupta [w] *Senatori comitata eſt Hippia* [x] *Ludum*
Ad [y] *Pharon, &* [z] *Nilum,* [aa] *famoſaq;* [bb] *mœnia L*
[cc] *Prodigia & mores urbis damnante* [dd] *Canopo.*
Immemor [ee] *illa domûs, & conjugis, atque ſororis,*
Nil patriæ indulſit; ploranteſque improba natos,
Utque magìs ſtupeas, [ff] *ludos* [gg] *Paridemq; relqu*
Sed quanquàm in magnis opibus, [hh] *plumâque pate*
Et [ii] *ſegmentatis dormiſſet parvula cunis,*
Contempſit pelagus: famam contempſerat oli

femora contegebat, ut braccæ, ἀναξυρίδες, quæ ob id feminalia dic tur. e Mimi, ſeu poetæ. f Cantor ſeu Mimus. g Vide Sat. 3. ỳ. 17 h Fabulæ jocularis, ab Atellâ urbe Oſcorum dictæ, & de Autono Cadmi filiâ, ſcriptæ. i Hos exodiarios pauperculæ amant. k Al magno emunt concubitum comœdorum, ſolutâ fibulâ ----l---- O virilia coercent, ut abſtineant a Venere & vocem conſervent: vi quæ ad Martialis epigr. 81. l. 7. m Aliæ citharœdum pelliciunt ad l bidinem, cujus uxu rauceſcit. n Ut maritus caſtè ametur. o Citharœ dus item. p Qui in choro tibiis canit. q Erige per vicos ô nobili pulpita, in quibus nuptiarum ludi agantur ----r---- Frondibus & ram laureis ad celebritatem nuptiarum ornato poſtes & januam, ut in gr mium tuum effundat mœcha uxor liberos ex gladiatore aliquo, citharœ do, ſeu hiſtrione. *Ironica permiſſio ſatis amara.* s Nobilis, *vel* laniſta nobili facte, ut Lentulus, cui ex tuis gladiatoribus pariat uxor tot gl diatores. t Lecto vel cunis velo coopertis, ad arcendos culices, quo velum conopeum dicitur. à κώνωψ, culex. u Vultu & imagine referat w Fabricio Vejentoni, de quo Sat. 4. ỳ. 113. nupta Hippia: quod no men fictum eſſe vult Nicolaus Loënſis: ab ἵππος, propter libidinem. *Scil cet ante omnes furor eſt inſignis equarum.* Virg. 3. Georg. ỳ. 266. x Sergi um gladiatorem. y Inſulam Alexandriæ junctam ponte. z Fluvium Ægypti. aa Propter luxum & molles delicias infamia. bb Alexandri am à Lago patre Ptolemæi, qui Alexandro in Ægypto & Africâ ſucceſſit regnatam. cc Prodigioſam hanc Hippiæ & urbis noſtræ libidinem, ex ecrantibus ipſis Ægyptiis laſcivis. dd Civitate Ægypti impuriſſimâ. Satyr. 1. ỳ. 26. ee Hippia. ff Circenſes, quos omni Romanorum conditioni maximè in votis & deliciis eſſe, ubique arguit. Sat. 10. ỳ. 81. Sat 11. ỳ 53. gg Scenicos ludos: fuit autem Paris pantomimus Domitiano charus, Juvenali exilii cauſa. hh Molli & teneră edu catione. ii *Garded.* Sat. 2. ỳ. 124.

Cujus

…us apud molleis minima eſt jactura [a] ca-
…thedras.
…rrhenos igitùr fluctus, [b] latèque ſonantem
…lit Ionium conſtanti pectore, quamvis
…ndum toties eſſet mare. Juſta pericli
…tio eſt, & honeſta; timent, pavidoque gelantur
…re, nec tremulis poſſunt inſiſtere plantis:
…em animum præſtant rebus, quas turpitèr
audent.
…beat conjux, durum eſt conſcendere navim:
[d] ſentina gravis, tunc ſummus [e] vertitur aër.
mœchum ſequitur, ſtomacho valet; illa maritum
…omit: hæc inter nautas & prandet, & errat
puppim, & duros gaudet tractare rudentes.
tamen exarſit formâ? quâ capta juventâ eſt
…ia? quid vidit, propter quod [f] Ludia dici
…inuit? nam [g] Sergiolus jam [h] radere guttur
…rat, & [i] ſecto [k] requiem ſperare lacerto.
…ereà multa in facie deformia, ſicut
…ritus galeâ, mediiſque in naribus ingens
…bbus, & acre malum ſemper ſtillantis ocelli.
gladiator erat; facit hoc illos [l] Hyacinthos;
pueris, patriaque, hoc prætulit illa ſorori
; viro: ferrum eſt, quod amant: [m] hic Sergius idem
…eptâ rude cœpiſſet Vejento videri.
…id privata domus, quid fecerit Hippia, curas?
…pice [o] rivales divorum: Claudius, audi,
…e tulerit: dormire virum cùm ſenſerat [p] uxor,
…ſa [q] Palatino [r] tegetem præferre cubili,
…nere nocturnos meretrix [s] Auguſta [t] cucullos,
…inquebat, comite ancillâ non ampliùs unâ;
[w] nigrum flavo crinem abſcondente galero,

a Fœminas, quæ mollib. cathedris vectantur aut ſedent. Cathedra enim propriè eſt ſella muliebris, quæ diſcreta à virili. Lip 1 Elect.
b Fluctus maris inferi à Tyrrheno litore nominati.
c Maris Ionii fluctus.
d Tunc fundum navis graveolens nauſeam movet
e Vertigine rotatur, & omnia ſurſùm verſum ferri videntur.
f Ludii amica.
g *Diminutiv.* Sergius.
h Barbatus erat & Senior: vide 217. ỳ. infrà.
i Saucio vel mutilo ex inſectis nervis.
k Rudem & miſſionem à munere gladi-

…io. * Catachreſis. l Formoſiſſimos videri amaſios, qualis erat …cinthus, puer Apollini dilectus. m Quòd ſi idem Sergius rudem, …gladium è ligno, Polyb. ξύλινον μάχαιραν. Dionyſ. ξ ϕ@· ξύλινον, …ulum ſeu virgam ſignum miſſionis à gladiaturâ impetraret, ſtatim & …piæ deformis viſus, deſereretur, ut prior maritus Vejento. n *Tran*… o Imperatores, qui divi haberi volunt; *vel*, reſpice quot & qua… adulteros admiſerit Meſſalina rivales Claudii Imp. vide Tac. An. 11. …eſſalina. q Imperatorio, r Mattam, quæ centone cooperta pro …o erat: alii pro lupanari ipſo ſumunt. s Cæſarea, Imperatoria. …è cognoſceretur. u Cubile imperatoris, Claudii ſc. mariti. w Me…icio flavo galero ſeu galericulo è crine flavo, qui meretricum color …factitio & adſcititio nigrum crinem matronalem abſcondente, ut …blica meretrix videretur: mœchos obtecto capite cucullo per lupana… noctè vagari ſolitos, notum ex hiſtoriis. Quin & meretrices obnuptas …ſſe non novum. Tertullian. de cultu fœminarum. *Thamar ille*, &c.

Intravit [a] *calidum veteri centone lupanar,*
Et cellam [b] *vacuam, atque ſuam: tunc nuda pa*
Conſtitit [c] *auratis* [d] *titulum mentita Lyciſcæ,*
Oſtenditque [e] *tuum,* [f] *generoſe Britannice, ventre*
Excepit blanda intrantes atque ara popoſcit.
Mox lenone ſuas jam [g] *dimittente puellas*
Triſtis abit: ſed, quod potuit, tamen ultima cell
Clauſit adhuc ardens rigida tentigine vulvæ;
Et reſupina jacens multorum abſorbuit ictus,
Et laſſata viris, nondum ſatiata, receſſit:
[h] *Obſcuriſque genis turpis, fumoque lucernæ*
Fœda lupanaris tulit ad pulvinar odorem.
[i] *Hippomanes, carmenque loquar, coctumq; venen*
Privignoque datum? [k] *faciunt graviora coacta*
Imperio ſexûs, minimúmque libidine peccant.
[l] *Optima ſed quare Ceſennia teſte marito?*
[m] *Bis quingenta dedit: tanti vocat ille pudicam.*
Nec [n] *Veneris pharetris macer eſt, aut lampade ferv*
[o] *Inde faces ardent:* [o] Veniunt à dote ſagittæ.
[p] Libertas emitur: [q] *coram licèt innuat, atque*
Reſcribat; [r] *vidua eſt locuples, quæ nupſit avaro.*
* *Cur deſiderio Bibulæ Sertorius ardet?*
Si verum excutias, Facies, non uxor, amatur.
Tres rugæ ſubeant, & ſe cutis arida laxet,
Fiant obſcuri dentes, oculique minores;

a Frequentatum, *vel* calidum à Lyciſcâ recens egreſsâ: *vel* à centone, calorem retinens.
b Egreſsâ Lyciſcâ: quæ interdiù eam habuerat.
c Ornatis auro, vel findonio connexo aureis annulis: ſic etiam Heliogabalus. γυμνὸς ἐπὶ τῆς θύρας τῶ πορνάδι ἔστηκεν. ὥσπερ οὖν πόρνου καὶ τὸ σινδόνιον χρυσοῖς κρίκοις ἐξηρτημένον διασείων τὸς παριόντας προσελκύεμενος. Xiphilin. Heliog. niſi fortè findonium illud intelligatur rectiùs de velo, quod panaribus & cauponis oppandebatur, atque annuli ſint illi, per quos velum adducitur & reducitur. *Curtain Rings.*
d Præfigens cellæ nomen Lyciſcæ, quam ſe profitebatur: fronti autem lupanaris præſcriptum erat ſtupri precium cum nomine meretricis.
e Unde tu ortus es?
f *Fortè Ironicè*, cujus pater ganeo neſcio quis fuerit ex vago concubitu.
g Quod ſub noctem mediam fit.
h Et deturpata faciem fuligine ſpurca lucernæ (proſtabant autem meretrices ad lucernas: vide Martialis epigrammat. 4. l. 4 K) tulit tetrum lupanaris odorem ad lectum Imperatoris.
i *Quid dicam de philtris, incantamentis & veneficiis mulierum?* Eſt autem Hippomanes caruncula in fronte pulli de partu equæ, *vel*, quod *furentes equæ diſtillat ab inguine virus.*
k Quòd ſi incitentur odio, ità, vel alio quo alio affectu malo, cujus imperio facilè obſequitur ſexus iſte, gravora audent ſcelera, quàm libidinem.
l Objectio, cui reſpondet poëta verſu ſequente.
m Mille ſeſtertia.
n Non flagitiis & face amoris ardet, ſed----o----A dote amor ejus.
p Libertatem agendi quæ velit, dotem magnâ emit uxor, maritus verò dotem accepit, libertatem vendidit. πέντης τὴν γυναῖκα πλουσίαν λαβὼν, ἔχει δέσποιναν, ὁ γυναῖκ' ἔτι, &c. Alexandrides apud Stobæum.
q Etiam coram marito licet uxori dotatæ innuere mœcho, atque literis ejus reſcribere.
r *Ordo eſt*, locuples, quæ nupſit avaro, eſt vidua, id eſt, ſui juris eſt, & ex ſuo arbitrio vivit tanquam vidua.
* Objectio altera, cui reſpondet poëta verſu ſequenti.

[s] *Collige*

ollige ſarcinulas, dicet libertus, & exi;
n gravis es nobis, & ſæpè emungeris, exi
ùs, & propera; [a]ſicco venit altera naſo.
nterea [b] calet & regnat, poſcitque maritum,
ſtores, & [d]ovem Canuſinam [e] ulmoſque Falernas.
uantulum in hoc? pueros omnes, & ergaſtula tota,
odque domi non eſt, & habet vicinus, ematur.
Menſe quidèm brumæ, cùm jam mercator [i] Iaſon
Clauſus, & [l] armatis obſtat caſa candida nautis,
andia [m] tolluntur cryſtallina, maxima rursùs
Myrrhina, deinde [o] adamas notiſſimus, & Berenices
digito factus pretioſior; [p] hunc dedit olim
rbarus inceſtæ, dedit hunc Agrippa ſorori,
bſervant ubi feſta mero pede ſabbata reges,
[r] vetus indulget [s] ſenibus clementia porcis.
Nullàne de tantis gregibus tibi digna videtur?
ſt formoſa, decens, dives, fœcunda, vetuſtos
rticibus diſponat [t] avos, intactior omni
rinibus effuſis [u] bellum dirimente Sabinâ;
ara avis in terris, nigroque ſimillima cygno.
uis feret uxorem, cui conſtant omnia? malo,
Malo [w] Venuſinam, quàm te, [x] Cornelia mater
Gracchorum, ſi cum magnis virtutibus affers
Grande [y] ſupercilium, & [z] numeras in dote triumphos.

[a] Formula à re militari tranſlata ad divortium, cujus formula: *Res tuas tibi habeto, res tuas tibi agito.* [a] Altera uxor adoleſcentula ſuperveniet. [b] Quamdiù autem annis & formâ floret. [c] Viget & imperat. [d] E Canuſio in Apuliâ oves & lana optima. [e] Vinum, vites Falernas, quas ulmi ſuſtentant. [f] Hoc parùm eſt. [g] Poſcit ſervos omnes ex ergaſtulis. [h] Decembri quo βεγχὼ eſt uxo. [i] Argonautæ nomen pro quovis mercatore. [k] Domi, propter elu & glaciem. [l] Inſtructis & accinctis ad navigandum ex imperio xoris importunæ obſtat caſa nive candida nautis. [m] Per mare petun- ur vaſa cryſtallina. [n] Pocula è myrrhâ: vide Martial. epigramma 113. ib. 14. & quæ nos ibi. [o] Precioſiſſimus lapis, & ille notus ex mune- Agrippæ. [p] Quem Agrippa rex Judæorum dedit inceſtæ ſorori Be- enicæ. [q] In Judæâ, ubi nudis pedibus ſacra peragunt: quod Moſi Deus præcepit, ut calceamenta ſolveret, &c. Bérenice autem nudipes & apillos rata venit Hieroſolymam Deo vota pro ſalute ſolutura. Joſeph. ib. 2. Judaici belli, & Egeſippus. *Hinc fortè hujus digreſſionis cauſa ad mores Judæorum, factâ Berenices mentione.* [r] Ex divino inſtituto & lege, quod animal eſſet immundum, ungulam findens, non ruminans. Levit. 11. 7. non, ut falsò Tacitus 5. hiſtoriarum, in *memoriam cladis, quòd ipſos ſcabies quondam turpaverat* (idem etiam mentito Juſtino lib. 36.) *cui id animal obnoxium.* [s] Seneſcunt nempè, ut quibus veſci Judæis non liceat. [t] *Procatalepſis.* [t] Imagines majorum cereas, quas in porticibus & atriis ordine diſponere ſolebant. [u] Sabinæ raptæ origo belli, eædem utramque aciem intervenientes belli modus & fœderis inter Tatium & Romulum extitere. [w] Pauperem & ignobilem uxorem ex Apuliâ [x] Scipionis Africani filia Cornelia, Gracchi uxor, Caii & Tiberii Gracchorum mater. [y] Superbiam & faſtum, quæ apparent in ſupercilio. [z] Si propter triumphos majorum tuorum, non ſecùs ac magna dos eſſet, mihi imperioſa inſultes.

[a] *Tolle tuum, precor, Hannibalem victumque Syphacem*
In caſtris, & cum totâ Carthagine migra.
[b] *Parce precor* [c] *Paan, & [d] tu depone ſagittas,*
Nil pueri faciunt, ipſam configite [e] matrem,
[f] *Amphion clamat: ſed Paan contrahit arcum.*
Extulit ergò [g] gregem natorum, ipſumque parentem
Dum ſibi nobilior [h] Latona gente videtur,
Atque eadem [i] ſcrofâ Niobe fœcundior albâ.
Quæ tanti gravitas? quæ forma, [k] ut ſe tibi ſemper
Imputet? hujus enim rari, ſummique voluptas
Nulla boni, quotiès animo corrupta ſuperbo
[l] Plus [m] aloës, quàm mellis habet. *Quis* [n] *dedecori autem*
Uſque adeò eſt, ut non illam, quam [o] *laudibus effert,*
[p] *Horreat? inque diem* [q] *ſeptenis oderit horis?*
Quædam parva quidèm ſed non toleranda maritis
Nam quid rancidius, quàm quòd ſe non putat ulla
Formoſam, niſi qua [r] *de Thuſcâ Græcula facta eſt?*
De [s] *Sulmonenſi mera* [t] *Cecropis?* [u] *omnia Græcè,*
[w] *Cùm ſit turpe magis noſtris neſcire Latinè.*
Hoc ſermone pavent, hoc iram, gaudia, curas,
Hoc cimcta effundunt animi ſecreta: quid ultra?
Concumbunt Græcè; [x] *dones tamen iſta puellis:*
Tunc etiam, quam ſextus & octogeſimus annus
Pulſat, adhuc Græcè? non eſt hic ſermo pudicus
In vetulâ, quoties laſcivum intervenit illud,
[y] *Ζωὴ καὶ ψυχὴ,* [z] *modò ſub lodice relictis*
Uteris in turbâ: [aa] *quod enim non excitet inguen*

[a] Tolle jactationes de Hannibale, Syphace & Carthagine à tuis devictis, & recede. [b] Immò mulierum inſolentia, quandoque vel in ipſos deos inſurgit, acceritque divinam vindictam in ſe ſuoſque, atque hinc illa Amphionis deprecatio clamantis, *Parce precor:* vide fabulam 3. l. 6 Metam. Ovid. [c] Apollo à παίειν, aut παύειν τὰς ὠδῖνας, aut exclamatione ἰὴ παιᾶν. [d] Diana. [e] Nioben Tantali filiam, uxorem Amphionis. [f] Jovis ex Antiope filius, Thebanus. [g] Quatuordecim numero, filios ſeptem, totidemque filias: vide Ælianum var. hiſtor. l. 12. c. 36. [h] Apolline & Dianâ Jovis ex Latonâ filiis [i] Quæ *triginta capitum ſetu enixa:* Virg. Æn 3. & 8. [k] Ut ſuas virtutes aut formam tibi utique objiciat? [l] Plus habet amaritudinis ſuperbia ejus, quàm eſt dulcedinis ex gravitate morum & formâ [m] Herbæ amariſſimi ſuccii. [n] Tam indulgens & uxorius? [o] Propter virtutes. [p] Ob ſuperbiam. [q] Majore diei parte, cùm quinq; tantùm horæ ex duodecim amori ſuperſunt. [r] De Italâ Græca facta. [s] Sulmo oppidum Peligonorum. [t] Attica: à Cecrope primo Athenarum rege. [u] Omnia Græcè, ſcil. proferunt. [w] Cum Latinis conveniat magis Latinè: videtur alluſiſſe ad Ciceronis illud in Bruto: *Non enim tàm præclarum eſt ſcire Latinè, quàm turpe neſcire.* [x] Tolerabilius hoc in puellis, tu verò, quam &c. [y] *Mea vita, mea anima:* vide Mart. epig. 68. l. 10. [z] Verba hæc, quibus in laſcivis complexibus ſub lodice & fragulo uſa es, in publicum profers. [aa] Cujus libidinem non incendit?

*blanda, & nequam? [a] digitos habet: * ut ta-*
men omnes
fidant pennæ, dicas hæc molliùs [b] Æmo
*nquam & [b] Carpophoro, * facies tua computat annos.*
Si [c] tibi legitimis pactam, junctamque tabellis
es amaturus, ducendi nulla videtur
ſa; nec eſt quare cœnam & [d] muſtacea perdas,
abente officio, crudis donanda; [e] nec illud,
od primâ pro nocte datur, cùm lance [g] beatâ
acicus, & ſcripto radiat Germanicus auro.
Si [i] tibi ſimplicitas uxoria, deditus uni
animus, ſubmitte caput cervice paratâ
re jugum; nullam invenies, quæ parcat amanti.
Ardeat ipſa licèt, tormentis gaudet amantis,
ſpoliis: igitùr longè minùs utilis illi
xor, quiſquis erit bonus, optanduſque maritus.
l unquàm invitâ donabis conjuge: vendes
ùc obſtante nihil: nihil, hæc ſi nolit, emetur.
æc dabit affectus, ille excluderetur amicus
am ſenior, cujus [l] barbam tua janua vidit.
Teſtandi cùm ſit lenonibus atque laniſtis
ibertas, & juris idem contingat [n] arenæ,
Non unus tibi [p] rivalis dictabitur hæres.
Pone crucem ſervo: [r] meruit quo crimine ſervus
upplicium? quis teſtis adeſt? quis detulit? audi,
Nulla unquam de morte hominis cunctatio
[s] longa eſt.
O demens, [u] ità ſervus homo eſt? [w] nil fecerit, eſto.
Hoc volo, ſic jubeo, ſit pro ratione voluntas.
mperat ergò viro: ſed mox [x] hæc regna relinquit,

[a] Laſcivia verborum, non ſegnius incitat, quàm manûs palpatio
* Quòd ſi omnes adhibueris vocis ingeniiq; nervos & artes ad irritandam Venerem, & ut placeas; rugoſa tamen facies te annoſam prodit: vide Martial. epig. 93. lib. 3.
[b] Mimo nobiliſſimo.
† *Dilemma:* aut amaturus es aut non: ſi non amaturus es, cur ducis? ſi amaturus, miſer eris.
[c] Sponſalibus tabulis legitimè contractis.
[d] Cibaria dulcia muſto conſperſa, quæ ſub finem convivis dari in nuptialibus cœnis ſolita. [e] Diſcedentibus jam, qui officii nuptialis gratiâ convenerant, *vel*, labente officio ſtomachi, quia addit *crudis donanda*. [f] Nec eſt cur perdas illud, quod depoſitæ virginitatis præmium novæ nuptæ à marito primâ nocte datur. [g] Divite. [h] Nummi aurei ſignati imagine Domitiani, Dacici & Germanici cognominati ob victorias Dacorum & Germanorum. ** Alterum Argumenti membrum. [i] Si ſimpliciter uxorius ſis, velitque uxori in omnibus morem gerere. [k] Ipſa licèt te redamet, gaudet tamen te torquere moleſtiis & ſpoliare bonis. [l] Primam, qui ab adoleſcente te patronum coluit. Juvenes enim barbam alebant ad ætatis annum xxi. deinceps radebantur. [m] Teſtamenta condendi. [n] Gladiatoribus. [o] Ex edicto tamen uxoris cogeris inſcribere hæredes è rivalibus tuis non paucos. [p] Ἀνλιεφάσης: propriè qui eundem rivum habet communem. [q] *Uxor jubet* ſervum cruci adfigere. [r] *Tu quæris.* [s] Nimis longa poteſt eſſe. [t] *Ait uxor.* [u] In tantum homo eſt ſervus? [w] Eſto, quod nil admiſerit, adfigatur tamen. [x] Has ædes cum marito, ubi regnavit imperioſa.

Permutatque domos, & [a] flammea conterit, [b] inde
Avolat, & ſpreti repetit veſtigia [b] lecti.
Ornatas paulo ante fores, pendentia linquit
[c] Vela domûs, & adhùc [c] virides in limine ramos.
Sic creſcit numerus, ſic fiunt [d] octo mariti,
[e] Quinq; per autumnos: [f] titulo res digna ſepulchri
Deſperanda tibi ſalvâ concordia ſocrû:
Illa docet ſpoliis [g] nudi gaudere mariti:
Illa docet miſſis à [h] corruptore tabellis,
Nil rude, nil ſimplex reſcribere: decipit illa
[i] Cuſtodes, aut æve domat, tunc [k] corpore ſano
Advocat [l] Archigenem, [m] oneroſaque pallia jactat.
Abditus intereà latet & ſecretus adulter,
Impatienſque moræ pavet, & [n] præputia ducit.
Scilicèt expectas, ut tradat mater honeſtos,
Aut alios mores, quàm quos habet? [o] *utile par*
Filiolam turpi vetulæ producere turpem.
[p] *Nulla ferè cauſa eſt, in quâ non fœmina litem*
Moverit, accuſat [q] Manilia, ſi rea non eſt.
Componunt ipſæ per ſe formantque [r] libellos,
[s] Principium atq; locos [t] Celſo dictare parata.
[u] *Endromidas Tyrias, & fœmineum [u] ceroma*
Quis neſcit? vel quis non vidit vulnera [w] pali,
Quem cavat aſſiduis ſudibus, ſcutoque laceſſit,
Atque omnes implet [x] numeros? digniſſima prorſus
[y] Floreali matrona tubâ, niſi ſi quid in illo
Pectore plus agitat, [z] veræque paratur arena.
Quem præſtare poteſt mulier [aa] galea, a pudorem,
Quæ fugit à ſexu, [bb] vires amat? hæc tamen ipſa
Vir nollet fieri: nam [cc] quantula noſtra voluptas?

a Sæpius nubendo terit: *vel*, priorn lacerat, & novas ſumit flammea, i. e. velamenta rubei coloris, quibus novæ nuptæ caput cooperiebatur.

b A ſecundo illo ad alium, & mox ad alium, & quandoque revertitur ad primum maritum.

c Quibus ornari ſolebant limina in feſtivitate nuptiali. ſuprà ℣. 80.

d Nec enim ultra octavum licebat illi nubere. *Non conſulum, ſed maritorum numerò annos ſuos computant*, &c. Seneca 3. de Beneficiis 16

e Quinque annis.

f *Ironicè*; ſepulchris autem mulierum inſcribebantur maritorum nomina. g Ad paupertatem redacti ex ſumptu & nequitiâ uxoris. h Mœcho. i Adhibitos à marito, qui uxorem ſuſpectam obſervent & cuſtodiant. k Filiæ, quæ ſanè cùm ſit, ægritudinem ſimulet. l Medicum. m Abjicit à filiâ tanquàm ægrâ, nec ſufferre valente. n Μυρεψικόν. o Quæſtum facit ex filiæ adulteriis. p In foro etiam causas agunt mulieres. q Meretrix, cui Hoſtilius Mancinus Ædilis Curulis diem dixit, quòd ab eâ lapide noctu percuſſus ſit. A. Gellius 4. 14. r *Plas.* s Exordium, atque locos argumentorum. t Oratori & Juriſconſulto nobili. u Vide Satyram 3. ℣. 103. & 68. has autèm purpureas & molliores. w Ad quem in terrâ defixum fœminæ ſe exercent tanquàm tirones, ut ſimulatâ pugnâ feriendi, inſiliendi, recedendi, veram diſciplinam ediſcant. Vegetius. x Motuum & exercitationum militarium. y Ut tubæ ſonitu vocata nudato corpore in Floralib. diſcurrat. z Ad veram gladiaturam in arenâ. aa Cui frontem perfricuit galea. bb Virilia exercitia & arma. cc Præ fœmineâ: notum eſt Tyreſiæ arbitrium ſuper contentione Jovis cum Junone. Metam. 3.

a *Quale*

Quale decus rerum, ſi conjugis auctio fiat? 255
Galbeus, & [b] manicæ, & [c] criſtæ, [d] cruriſq; ſiniſtri
Lucidium tegmen; vel ſi [e] diverſa movebit
Pellia, [f] tu felix ocreas vendente puellâ.
Hæ ſunt, quæ tenui ſudant in [h] cyclade, [i] quarum
Delicias & panniculus bombycinus urit. 260
Advice, quo fremitu monſtratos perferat ictus,
Et quanto galeæ curvetur pondere, [k] quanta
Pallitibus ſedeat, [l] quàm denſo faſcia libro;
Deride, [m] ſcaphium poſitis cùm ſumitur armis.
Dicite vos [n] neptes Lepidi, cacive Metelli, 265
Gurgitis aut Fabii, quæ [o] Ludia ſumpſerit unquam
Hos habitus? quandò ad palum gemat uxor [p] Aſylli?
Semper habet lites alternaque jurgia lectus,
In quo nupta jacet; minimùm dormitur in illo.
Tunc gravis illa viro, tunc [q] orbâ tigride pejor, 270
Non ſimulat gemitus occulti conſcia facti;
Aut odit [r] pueros, aut fictâ pellice plorat
Uberibus ſemper lacrymis, ſemperque paratis
In ſtatione ſuâ, atque [u] expectantibus illam,
Quo jubeat manare modo: tu credis amorem, 275
Tu tibi tunc [w] curruca places; fletumque labellis
Exſorbes; quæ ſcripta, & quas lecture tabellas,
Si tibi [y] zelotypæ retegantur ſcrinia mœchæ?
Sed [z] jacet in ſervi complexibus, aut equitis. Dic,
Dic aliquem ſodes, dic, [aa] Quintiliane, colorem. 280
[bb] Hæremus: [cc] dic ipſa: [dd] olim convenerat, inquit,
Ut faceres tu quod velles, nec non ego poſſem
Indulgere mihi: clames licèt, [ee] & mare cœlo 283
Confundas: [ff] homo ſum: [gg] Nihil eſt audacius illis

a Qualis erit mundus & ornatus muliebris, ſi venalis exponatur gravis armatura illius.
tanquàm Samnitis gladiatoris.
b *Gantlets.*
c Galearum pinnæ.
d Protendebant enim milites ſiniſtrum pedem in pugnâ, quem adverſus hoſtium ictus ferro tegebant.
e Retiariorum, myrmillonum & varia genera pugnæ.
f O te felicem: cujus uxor crurum armaturas habet, quas vendat! *Ironicè.*
g Et tamen hæ ſunt, quæ
---h Levi & tenuiſſimo velamento rotundo.
i Quarum delicatum corpus gravant veſtes bombycinæ. k Dum genua flectit reclinato corpore ad evitandos ictus. l Quàm denſo volumine replicetur illi ſuccincta faſcia. m Matella. n Matronæ nobiliſſimis oriundæ viris Lepido, Metello cæco: ad ℣. 139 Sat. 3. & Fabio Gurgite cognominato à devorato patrimonio. o Uxor Ludii alicujus. p Gladiatoris. q Orbâ catulis, quâ nullum animal truculentius: vide quæ ad 18. epigr. Martial. l. Spectac. r Amaſii, *vel* ſervos inſectatur. s Abundantibus. t Metaphora à militib. u Quaſi ſignum ab illâ datum. w Ut avis illa cuculi ova pro ſuis fovet, ità tu ſuppoſitos & alienos liberos pro tuis alens, &c. x Dum ipſam oſculatus conſolaris. y Quæ adulterii ſibi malè conſcia, ſcelus ſuum ut tegat, te ſuſpicione pellicis vexat. z Si deprehenſa ſit. aa Dic ô oratorum diſertiſſime colorem aliquem vel rationem ad defenſionem vel excuſationem ſceleris. bb Non habeo, *inquit orator*, quo poſſim excuſare. cc Dic ipſa, *inquit maritus vel Poëta* dd *Verba uxoris.* ee Omnia: vide Sat. 2. ℣. 25. quod Lucianus dicit, πᾶν γᾶν ἢ θαλάττην ὀναμιμήσεσθαι, in Prometheo. ff Mulier nata ſum, *inquit illa*, cui per ſexûs imbecillitatem errare in proclivi eſt. gg *Hæc Poëta.*

Deprenſis: iram atq; animos [a] à crimine ſumm
[b] *Unde hæc monſtra tamen vel quo de fonte requir*
Præſtabat caſtas humilis fortuna Latinas 2
Quondam, nec vitiis contingi parva ſinebat
Tecta labor, ſomnique breves, & [c] vellere Thuſco
Vexatæ duraque manus, ac [d] proximus urbi 2
Annibal; & [e] ſtantes Collinâ in turre mariti.
Nunc patimur longæ pacis mala: ſævior arm
Luxuria incubuit, [f] *victumque ulciſcitur orbem.*
Nullum crimen abeſt facinuſque libidinis, ex qu
Paupertas Romana perit: [g] *hinc fluxit* [h] *ad i*
Et Sybaris colles; hinc [i] & Rhodos, & Miletos, 2
[k] *Atq; coronatum & petulans madidumq; Tarentu*
Prima peregrinos [l] obſcœna pecunia mores
Intulit, & turpi [m] fregerunt ſecula luxu
Divitiæ [n] molles: quid enim [o] Venus ebria curat
Inguinis & [p] capitis quæ ſint diſcrimina neſcit: 3
Grandia [q] quæ mediis jam noctibus [r] oſtrea mord
Cùm [s] perfuſa mero ſpumant unguenta Falerno,
Cùm bibitur [t] conchâ, cùm jam [u] vertigine tectum
Ambulat, & [w] geminis exſurgit menſa lucernis. 30
I nunc, & dubita quâ ſorbeat aëra [x] ſannâ
[y] Tullia, quid dicat notæ [y] Collacia [z] Mauræ;
Maura [aa] Pudicitiæ veterem cùm præterit aram.
Noctibus hîc [bb] ponunt lecticas: micturiunt hîc,
Effigiemque deæ longis [cc] ſiphonibus implent, 3
[dd] *Inque vices equitant, [ee] ac lunâ teſte moventur.*

a E deprenſo crimine major prorumpit malitia & impudentia.
b *Quæ tandem cauſa eſt prodigioſæ hujus nequitiæ? otium ſcilicet, opulentia & luxus.*
c Tractando lanam Thuſcam.
d Bella præ foribus, hoſtis in Italiâ.
e In excubiis ad portam Collinam.
cùm Annibal tertio ab urbe lapide caſtra poſuiſſet.
f Nos orbis victores victit luxuria.
g Ex amiſſâ paupertate, victoriis noſtris, & rerum affluentiâ.
h Ad ſeptem iſtos (alii *Iſtros* legunt,

ſion tamen ex hujus loci ſcopo) Romæ colles fluxere deliciæ Sybaritarum, populi in eâ Italiæ parte, quæ magna Græcia dicta eſt, omni deliciarum genere effœminati. i Luxuria Græca, Aſiatica. Miletos enim civitas eſt finib. Ioniæ & Cariæ, in Aſiâ minori, & Rhodos Inſula in mari Carpathio Cariæ adjacens. k Mollities & ebrietas Tarentinorum, qui coronati & unguentis madidi potabant: eſt autem Tarentum civitas Calabriæ. l Metonymia effecti. m Corruperunt priſci temporis frugalitatem & pudicitiam. n Ab effectu o Libidini addita ebrietas; libidinoſa & ebria mulier. p Oris: fellatrices notat. q Quæ Venus ebria. r Ad venerem inſtigantia, ut omnia Conchylia. s Vina unguentis miſcentur, eò invaleſcente luxuriâ, ut odorem prodigum ex utrâque corporis parte captarent. *Si foliata ſitis* Martial. 14. l. 110. epig. t Poculo capaci. u Circumvolvi videtur: quod fit, ubi turbidi ſpiritus è ventriculo copioſè ad cerebrum aſcendunt. w Ubi oculorum nervi motu diſtentis & debilitatis diſtrahuntur radii viſuales. x ῥόγχω τῆς λαιχύσης καὶ μυζέσης λεσβιάδος. y Μύζηλις. z ἑτωσιοφίλα κιβλιζομένη. aa Deæ pudicitiæ. *Emphaticè*. Cujus aram vel pudiciſſimè cultam fuiſſe oportuit. bb Concumbunt. cc Urinâ per veſicæ & naturæ meatus prorumpente tanquàm per ſiphonas, id eſt, fiſtulas ſeu tubos. dd Ἀφάλλονται καὶ παρὰ φύσιν ἀνδρίζονται ee Noctu quidèm, ſed lunâ teſte.

Inde

Inde domos abeunt: [a] tu calcas, [b] luce reversâ,
Conjugis [c] urinam magnos [d] visurus amicos.
Nota Bonæ secreta Deæ, cùm tibia [f] lumbos
Incitat, & cornu pariter vinoque feruntur
Attonitæ, crinemque rotant [g] ululante Priapo
Mænades: ô quantus tunc illis mentibus ardor
Concubitûs! quæ vox, saltante libidine! quantus
Ille [i] meri veteris per crura madentia torrens!
Lenonum ancillas positâ [l] Laufella [m] coronâ
Provocat, [n] & tollit pendentis præmia coxæ.
Ipsa [p] Medullinæ frictum crissantis [q] adorat:
Palmam inter dominas virtus natalibus æquat.
Illi ibi per ludum simulabitur, omnia fient
Ad verum, quibus incendi jam frigidus ævo
Laomedontiades, & [t] Nestoris [u] hernia possit.
Tunc prurigo moræ impatiens, tunc [w] fœmina simplex;
Et pariter toto [x] repetitur clamor ab antro.
Jam fas est, admitte viros: dormitat adulter?
Illa jubet sumpto juvenem properare [z] cucullo:
Si nihil est, servis incurritur: abstuleris spem
Servorum, veniet conductus aquarius: hic si
Quæritur, & desunt homines; mora nulla per ipsam,
Quò minùs imposito clunem submittat asello.
Atque utinàm ritus veteres, & [aa] publica saltem
His intacta malis agerentur sacra: sed omnes
Noverunt [bb] Mauri atq; Indi, [cc] quæ psaltria penem
Majorem, quàm sunt duo Cæsaris [dd] Anticatones,

a O marite.
b Manè proximo.
c In plateâ Pudicitiæ deæ sparsam.
d Salutaturus patronos.
e Et novimus quàm flagitiosa sint secreta Bonæ deæ; de quâ in Sat. 2 ỳ. 86.
f Ad Saltandum *al.* ad libidinem, ut Persius Sat. 1. ỳ 20 *Cùm carmina lumbum Intrant.*
g Non minore celerum rabie in his, quasi Priapæis, feruntur, quàm Bacchi sacerdotes in Bacchanalibus. Alii legunt, *ululantque Priapi Mænades.* i. e. hæ non minore ululatu inclamant Priapum, quàm illæ Bacchæ Mænades Bacchum.
h Furore percitæ Bacchæ, à μαίνεσθαι i. e. furere.
i Οὖρα, ἐκ τῆς μέθης καὶ τόθυ τῦ ἀφροδισίυ, κινεμένυ.
k Publicas meretrices & prostitutas.
l Matrona.
m Præmio certaminis nefandi proposito. Respicit fortè certamen & palmam Messalinæ, de quâ vide Plin. hist. l. 10. c. 63. ----n----Vincitque λεσβιάδας in umbratili & muliebri hâc χλινοπάλη.
o Mox & ipsa Laufella.
p Matrona, quæ Val. Claudio nupsit.
q Γνῦξ ἐπικλινομένη τρίβει, λάϊχα τε.
r Et libidinis victoria æquatur nobilitati generis.
s Priamus filius Laomedontis jam senior.
t Grandævus & hernioſus Nestor.
u Cele seu ramex ubi in intestina humor aliquis, vel omentum in scrotum deciderit.
w Non sufficit umbratilis opera ὀλίσθε, virum verè desiderat.
x Ab omnibus mulieribus.
y Jam, ô janitrix, liceat viris ingredi ad sacra hæc Bonæ deæ.
z Nè cognoscatur.
aa Γυναικῶν pro salute publicâ nuncupata.
bb Remotissimi sub sole Occidente & Oriente degentes.
cc P. Clodius sub specie & habitu psaltriæ ad constuprandam Pompeiam Cæsaris uxorem ingressus est ædes Cæsaris, in quibus peragebantur sacra Bonæ deæ, maribus non adeunda.
dd Libri duo quos Cæsar scripsit contra Catonem Uticensem, quem Cicero libro laudaverat: cùm verò complicati essent in modum cylindri, assimilat eos poëta peni.

[a] Illuc, [b] teſticuli ſibi conſcius unde fugit mus,
Intulerit; ubi velari pictura jubetur,
Quæcunque [c] alterius ſexûs imitata figuram eſt.
Et [d] quis tunc hominum contemptor numinis? aut quis
[e] Sympuvium ridere Numæ, nigrumque catinum,
Et [f] Vaticano fragiles de monte patellas
Auſus erat? ſed nunc ad quas non [g] Clodius aras?
Audio quid veteres olim moneatis amici:
[h] Pone ſeram, cohibe: ſed quis cuſtodiet ipſos
Cuſtodes? Cauta eſt, & ab [i] illis incipit uxor.
Jamque eadem ſummis pariter, minimiſq; [k] libido eſt;
Nec melior, [l] pedibus ſilicem quæ conterit atrum,
Quàm quæ [m] longorum vehitur cervice Syrorum.
Ut ſpectet [n] ludos, conducit [o] Ogulnia veſtem,
Conducit comites, ſellam, cervical, [p] amicas,
Nutricem, & [q] flavam, cui det mandata, puellam.
Hæc tamen, argenti ſupereſt quodcunque paterni,
Lævibus athletis, ac vaſa [r] noviſſima donat.
Multis res anguſta domi eſt; [s] ſed nulla pudorem
Paupertatis habet, nec ſe metitur ad illum,
Quem dedit [t] hæc poſuitque, modum: tamen utile quid ſit,
Proſpiciunt aliquando viri, [u] friguſque famemq;
[w] Formicâ tandem quidam expavere magiſtrâ.
[x] Prodiga non ſentit pereuntem fœmina cenſum;
At velut exhauſtâ [y] redivivus pullulet arcâ
Nummus, & è pleno ſemper tollatur acervo,
Non unquam reputat, quanti ſibi gaudia conſtent.
Sunt, quas eunuchi [z] imbelles, ac mollia ſemper

a In ædes Prætoris, in quibus celebrabantur ſacra Bonæ Deæ.
b Maſculus mus.
c Maſculi. Seneca epi. 97. *Ita ſubmotis extra conſpectum viris, ut picturæ quoque maſculorum animalium contegantur.*
d Olim nemo religionem utut ſimplicem contemnere auſus eſt.
e Vas ligneum, vel ut aliis placet, fictile à Numâ in ſacris adhibitum. Plin. l. 35. c. 12. Vide Junii animadverſ. l. 2 c. 10.
f Fictiles ex argillâ è monte Vaticano.
g Mœchi, Clodii ſimiles.
h Uxorem contine; coerce domi clauſam, atque adhibitis cuſtodibus. i cuſtodibus. k Neque jam mulieres pauperes minùs furunt libidine, quàm divites, neque impenſis parcunt magis. l Nudis; *periphraſis mulieris ignobilis & pauperis.* m Procerorum ex Syriâ lecticariorum: *periphraſis mulieris nobilis & divitis.* n Circenſes & theatrales. o Ambitioſa paupercula. p Tanquàm clientas. q Pulchram vel flavicomam. r Ultima, nec ſibi quicquam reliqui facit. s Nulla tamen pudore paupertatis inhibetur, nè reprehendatur & derideatur ab aliis, ſi cultus & ſumptus ultra fortunæ ſuæ modum vela pandat: *vel,* non eſt pudica & frugalis, utì decet pauperem. t Paupertas. u De cultu & victu ſolliciti ſibi proſpiciunt. w Formicâ magiſtrâ & exemplo providentiæ & laboris. x At fœmina prodiga non conſulit rei familiari ruenti. y Ex mortuo conſumptoque redivivus renaſcatur. z Ad imprægnandum impotentes: coeunt enim, ſed nihil emittunt. Scalig. Exercitatione 175. Sic Aetius l. 6: οἱ τεθλασμένοι πρὸς συνουσίας ὀρέγονται. Et Polybius: περὶ γονῆς ἀλγεινότατα μὲν, καὶ ἀφίκτον, ὀλίγον δ', καὶ ἀφθονὸς, καὶ ἄγονον. Vide & Baſilium de verâ virginitate. Aphrodiſæum problemat. l. 2. & Martial. epigram. 67. l. 6.

Oſcula

Oscula delectent, & [a] desperatio barbæ,
Et quod [b] abortivo non est opus; illa voluptas
Summa tamen, quòd jam calida & matura juventâ
Inguina traduntur medicis jam [d] pectine nigro.
Ergo expectatos, ac jussos [e] crescere primùm
Testiculos, postquàm cœperunt esse bilibres,
Tonsoris damno tantùm rapit [g] Heliodorus.
[h] Conspicuus longè, cunctisque notabilis intrat
Balnea, nec dubiè [i] custodem vitis & horti
Provocat, à dominâ factus spado: dormiat ille
Cum [k] dominâ: sed tu [l] jam durum, Posthume, jamq;
Tondendum eunucho [m] Bromium committere noli,
Si gaudet cantu: nullius [n] fibula durat
[o] Vocem vendentis prætoribus: [p] organa semper
In manibus; [q] densi radiant testudine totâ
Sardonyches, [r] crispo [s] numerantur pectine chordæ,
Quo tener [t] Hedymeles operam dedit; hunc tenet, hoc se
Solatur, [u] gratoque indulget basia plectro.
Quædam de numero [w] Lamiarum ac nominis alti
Cum [x] farre & vino [y] Janum Vestamque rogabat,
An [z] Capitolinam deberet [aa] Pollio [bb] quercum
Sperare, & fidibus promittere: quid faceret plus
Ægrotante viro? medicis quid [cc] tristibus erga
Filiolum? stetit ante aram, nec turpe putavit
Pro [dd] citharâ [ee] velare caput, [ff] dictataque verba
Protulit (ut mos est) & apertâ [gg] palluit agnâ.
Dic mihi nunc, quæso, [hh] dic, antiquissime divûm,

[a] Eunuchorum, qui imberbes & læves sunt inopiâ caloris, qui pilos creat. [b] Potione abortum faciente. [c] Testes traduntur evellendi chirurgis, quorum opus priùs & ad medicos pertinebat. [d] Crine pubescente. [e] Ad justam magnitudinem, priùs quàm evellantur. [f] Cui eunuchi imberbes nihil lucri afferunt. [g] Chirurgus. [h] Et ille spado conspicuus longè. [i] Priapum. [k] Tuâ, ó Ursidi, uxore, potiùs quàm concubino, quem τέρατον ἀνδροσάθης διαφθήξεις. Jos. Scal. in Catullum vult *tradere eunucho* significare εὐνυχίζειν i. e. castrare: quasi dicat, Noli itaque tu, Posthume, castrare catamitum jam grandiorem, nè fortè uxori tuæ usui sit. [l] Pubescentem & grandem concubinum tuum, pectine jam duro exoletum, nec diutiùs habendum inter comatos. [m] Puerum delicatum & comatum instar Bacchi intonsi, qui Bromius dicitur. [n] Suprà. ℣. 73. [o] Citharœdi à prætore ludos edente ad canendum conducti. [p] Instrumenta musica. [q] Gemmæ copiosæ ornant testudinem: *vel* digiti annulis & gemmis radiantes pulsant testudinem. [r] Plectro è calamo vel pilis crispatis [s] Percutiuntur. [t] Citharœdus. [u] In gratiam prioris domini. [w] Nobilium. Lamia autem familia originem duxit à Lamo Formiarum rege & conditore. [x] Sacrificio [y] Vetera & prima Romanorum numina. [z] In certamine musico à Domitiano inter alia Jovi Capitolino instituto. [aa] Citharœdus & amasius suus. [bb] Coronam è quercu, quod præmium erat victoribus in quinquennali certamine triplici, musico, equestri, gymnico, à Domitiano in honorem Jovis Capitolini instituto: vide Martial. epigr. 54. l. 4. [cc] Utpote desperantibus. [dd] Ipso citharœdo [ee] Rem divinam facere & vota nuncupare, quod ex instituto veteri faciebant velati. [ff] A sacerdote verbis præeunte. [gg] Subtimida & dubia, an votis exta agnæ felicitèr responderent. [hh] Regnabat enim in Italiâ ante Saturnum, quem regno pulsum hospitio excepit.

Respondes

Reſpondes his Jane pater? magna otia cœli;
Non eſt, (ut video) non eſt, quod agatur apud vos.
Hæc de comœdis te conſulit; illa tragœdum 396
Commendare volet; [a] varicoſus fiet aruſpex.
Sed cautet potius, quàm totam pervolet urbem
Audax, & cœtus poſſet quàm ferre virorum,
Cumque [b] paludatis ducibus, præſente marito, 400
Ipſa loqui [c] rectâ facie, [d] ſtrictiſque mamillis.
Hæc eadem novit quid toto fiat in orbe,
Quid [e] Seres, quid Thraces agant, ſecreta novercæ
Et pueri, quis amet, quis decipiatur adulter;
Dicet quis viduam prægnantem fecerit, & quo 405
Menſe, quibus verbis concumbat quæque, modis quot.
[f] Inſtantem regi [g] Armenio Parthoque cometen
Prima videt: famam rumoreſque illa recentes
Excipit ad portas, quoſdam [h] facit; [i] iſſe Niphaten
In populos, magnoque illic cuncta arva teneri 410
Diluvio, [k] nutare urbes, ſubſidere terras,
Quocunque in trivio, cuicunque eſt obvia narrat.
Nec tamen id vitium magis intolerabile, quàm quòd
[l] Vicinos humiles rapere, & concidere loris
[m] Exorata ſolet: nam ſi latratibus alti 415
Rumpuntur ſomni; Fuſtes huc ocyùs, inquit,
Adferte, atque illis [n] dominum jubet antè feriri,
Deinde canem: gravis occurſu, teterrima vultu,
Balnea nocte ſubit: [o] conchas & [p] caſtra moveri
Nocte jubet; [q] magno gaudet ſudare tumultu; 420
Cùm laſſata gravi ceciderunt brachia [r] maſsâ:
Callidus & [s] criſtæ digitos impreſſit atiptes,
Ac ſummum domina femur [t] exclamare coëgit.
Convivæ miſeri interea ſomnoque fameque 424
Urgentur: tandem illa venit [u] rubicundula, totum
[w] Oenophorum ſitiens, plenâ quod [x] tenditur urnâ
Admotum pedibus, de quo [y] ſextarius alter
Ducitur ante cibum rabidam facturus orexim,
Dum redit, & terram [z] loto ferit inteſtino.

a Dum multùm diúque ſtat deos conſulens, ſanguine craſſo & melancholico in pedum venas delabente, fiet varicoſus. 6 Aphor 21.
b Paludamento indutis, quod militaris imperatoria veſtis eſt.
c Inverecundè, impudenter.
d Exertis è ſinu.
e Scythiæ Aſiaticæ populi.
f Exitium portendentem: *mutantem regna cometam.* Lucanus 1.
g Romano nomini infenſo.
h Ipſa fingit ſpargitque rumorem.
i Armeniæ majoris fluvium inundâſſe.
k Terræ motu, & hiatu.
l Pauperes vicinos
m. Nè quod crudelius in eos ſtatuat.
n Dominum latrantis canis.
o Vaſa ampla
p Sarcinas & inſtrumenta balneatoria. *Metaphora à militiâ.*
q Ambitioſo ſtrepitu ſervis moleſto; *vel*, exercitio ad ſudorem excitandum.
r Plumbea, quam in balneis agitabant qui ſudare volebant.
s Pudendo.
t Crepitum concavæ manûs inter ungendum illiſæ ſignificat *vel* obſcœnius quid poppyſma.
u A ſudore, & balneis.
w Vas vinarium amplum.
x Impletur, *vel* præbetur.
y Unum & alterum exhaurit ſextarium, ut vomitu ventriculum lavet & appetitum provocet: vide Martial. ep. 78. l. 6.
z Vomitu, quo abluit & purgat ſtomachum.

[a] *Marmoribus* [b] *rivi properant, aut lata* [c] *Falernum*
[d] *Pelvis olet: nam ſic* [e] *tanquam alta in dolia longus*
Deciderit ſerpens, bibit, & vomit: ergo maritus
Nauſeat, atque [f] *oculis bilem ſubſtringit apertis.*
Illa tamen gravior, quæ cùm diſcumbere cœpit,
Laudat Virgilium, [g] *peritura ignoſcit Eliſæ,*
Committit vates, & comparat inde Maronem,
Atque aliâ parte in trutinâ ſuſpendit Homerum:
Cedunt grammatici, vincuntur rhetores, omnis
Turba tacet, nec cauſidicus, nec præco loquatur,
Altera nec mulier: verborum tanta cadit vis,
[h] *Tot pariter pelves & tintinnabula dicas*
Pulſari: jam nemo [i] *tubas atque æra fatiget;*
Una [k] *laboranti poterit ſuccurrere lunæ.*
[l] *Imponit finem ſapiens & rebus honeſtis.*
Nam quæ docta nimis cupit & facunda videri:
[m] *Crure tenus medio tunicas ſuccingere debet,*
[n] *Cædere Sylvano porcum,* [o] *quadrante lavari.*
Non habeat matrona, tibi quæ juncta recumbit,
[p] Dicendi genus, *aut* [q] *curtum ſermone* [r] *rotato*
Torqueat [s] *enthymema, nec hiſtorias ſciat omnes;*
* Sed quædam ex libris, & non intelligat: *odi*
Hanc ego, quæ repetit volvitque [t] *Palæmonis artem,*
Servatâ ſemper lege, & ratione loquendi,
Ignotoſque mihi tenet [u] *antiquaria verſus,*
[w] *Nec curanda viris* [x] *Opicæ caſtigat amicæ*
Verba: [y] *ſolœciſmum liceat feciſſe marito.*
Nil non permittit mulier ſibi, turpe putat nil,

a Per pavimentum marmoreum.
b Vomitus.
c Quod hauſerat, ut revomeret.
d In quam evomuit.
e Non ſecus ac ſerpens, qui natura vini avidiſſimus. Plin. l. 10. c. 72.
f Si in dolium ceciderit, bibit & vomit, vomit & bibit.
g Ut compeſcas vomitum, *vel*, indignationem.
h In tantum ſonora eſt.
i Nil opus eſt tubarum & pelvium crepitu, quo credit ſuperſtitioſum vulgus ſuccurri poſſe lunæ laboranti: vide quæ ad Senecæ Hippolyt. ỳ. 789.
k Eclipſim patienti.
l Etiam philoſophatur, & de ſummo bono ſtatuit.
m Sumant hunc oratores vel Peripatetici habitum.
n Non Cereri ut mulier, ſed tanquam vir Sylvano, *vel*, Epicuream profeſſa, *cædere Sylvano porcum.*
o Aut Stoica quadrante lavari. *Horat. Sat.* 3. l. 1. ỳ. 137. *Dum tu quadrante lavatum, &c.*
p Rhetoricum.
q Cui altera propoſitio deſit.
r Succincto, converſione concluſo: quod Cicero *verſum*, Ariſtoteles συνεσταλμένον appellat; *vel* circulari.
s Argumentum Dialecticum alteram partem animo concipiens, unde & nomen habet: hic pro universâ Dialecticâ ponitur, quaſi dicat: nec habeat uxor tua Dialecticam.
* *Neque ullum verbum faciat perplexabile; Neque ullâ linguâ ſciat loqui niſi Atticâ.* Plaut. Aſinar. 4. act. ſcen. 1.
t Grammaticum: fuit autem Rhemnius Palæmon Grammaticus cùm excellentiſſimus tum arrogantiſſimus. Fab. Quintiliani præceptor.
u Antiquitatum: vel, veterum Poëtarum, & mihi inauditorum verſus tenens; vel, antiquæ locutionis inveſtigatrix & Critica.
w Non adeò ſolicitè vel ipſis viris obſervanda & caſtiganda.
x Barbarè loquentis; vide Sat. 3. ỳ. 207.
y Nec maritum vitioſè verba componentem corripiat. vide epigrammate 20. l. 11. Martial.

Cùm

Cùm [a] virides gemmas collo circumdedit, & cùm
Auribus extenſis magnos commiſit [b] elenchos.
Intolerabilius nihil eſt, quàm fœmina dives.
Interea fœda aſpectu, ridendaque multo 461
[c] Pane tumet facies, aut pinguia [d] Poppæana
Spirat, & [e] hinc miſeri viſcantur labra mariti.
Ad mœchum veniet lotâ cute: quando videri 464
Vult formoſa domi? [f] mœchis [g] foliata parantur.
His emitur quidquid [h] graciles huc mittitis Indi:
Tandem aperit vultum, & [i] tectoria prima reponit:
Incipit agnoſci: atque [k] illo lacte fovetur,
Propter quod [l] ſecum comites educit aſellas
Exul, [m] Hyperboreum ſi dimittatur ad axem. 470
Sed quæ mutatis inducitur atque fovetur
Tot medicaminibus, [n] coctæque ſiliginis offas
Accipit & madida; facies dicetur, an ulcus?
Eſt operæ pretium penitùs cognoſcere toto
Quid faciant agitentque die: ſi nocte maritus 475
Averſus jacuit, periit [o] libraria, ponunt
[p] Coſmeta tunicas, tardè veniſſe [q] Liburnus
Dicitur, & pœnas [r] alieni pendere ſomni
Cogitur: [s] hic frangit ferulas, rubet ille flagellis,
Hic ſcuticâ: ſunt quæ [t] tortoribus annua præſtent. 480
Verberat, atque [u] obitèr faciem linit, audit amicas,
Aut latum pictæ veſtis conſiderat aurum,
*Et cædens [w] longi religit tranſacta * diurni,*
Et cædit donec, laſſis cædentibus, Exi
Intonet horrendum, jam [x] cognitione peractâ, 485
[y] Præfectura domûs Siculâ non mitior aulâ.
Nam ſi conſtituit, ſolitoque decentiùs optat
Ornari, & properat, jamque expectatur in hortis,

a Monile è ſmaragdis.
b Inaures uniones ovalem formam habentes.
c Incruſtatione panis lacte aſinino macerati. Sat. 2. ℣. 107.
d Unguenta fragrantia à Poppæâ Neronis uxore inventa.
e His coſmeticis.
f Ut mœchis placeat.
g Unguenta ex foliis nardi, & aliis foliis odoris. Plin. l. 13. c. 1.
h Ex ſolis æſtu, ut qui Æquinoctiali propiores ſint: ut contrà pinguedo à frigore & humore.
i Incruſtamenta coſmetica
k Aſinino, quod teneram, erugatam & candidam reddit conſervatque cutem. l Ut Poppæa, quæ in exilium miſſa aſinas L. ſecum duxit in hunc uſum. Dio in Nerone, & Plin. c. 41 l. 11. m Regiones Aquiloni ſubjacentes polo Arctico vicinas. n Candidi panis è ſiligine, fabâ aut oryzâ cocti, maceratique lacte aſinino ad coſmeticen & faciem emendandam. o Ancilla, quæ penſa librat & diſpertit. q Ornatrices ponunt tunicas ad pœnas. q Servus lecticarius è Liburniâ. r Domini ſcilicèt s Franguntur in hujus vertice vel dorſo Virgæ è ferulâ. t Ut ſtrenuè ſervos flagellent. u Et interim quaſi per otium. w Accipit rationes diei tranſactæ. * Libri in quo ſingulorum dierum rationes ſcribebantur. Alii legunt *diei*. x Examine & judicio. y Adminiſtrat & gubernat ædes, vel gubernatio hujus domûs non mitior eſt quàm Siculæ aulæ crudeliſſimis tyrannis infamis.

Aut

Aut apud [a] *Iſiacæ potiùs ſacraria lenæ;*
Componit [b] *crinem laceratis ipſa capillis,*
[c] *Nuda humeros* [d] *Pſecas infelix, nudiſque mamillis,*
[e] *Altior hic quare cincinnus?* [f] *Taurea punit*
Continuò flexi crimen facinuſque capilli.
Quid Pſecas admiſit? quenam eſt hîc culpa puellæ,
[g] *Si tibi diſplicuit naſus tuus?* [h] *altera lævum*
Extendit, pectitque comas, & volvit in orbem.
[i] *Eſt in conſilio matrona, admotaque* [k] *lanis*
[l] *Emeritâ quæ ceſſat acu: ſententia prima*
Hujus erit; poſt hanc ætate atque arte minores
Cenſebunt; tanquam fama diſcrimen agatur
Aut animæ: Tanti eſt quærendi cura decoris.
Tot premit [m] *ordinibus, tot adhuc* [m] *compagibus altum*
[n] *Ædificat caput:* [o] *Andromachen à fronte videbis:*
Poſt minor eſt: aliam credas: [p] *cedo, ſi breve parvi*
Sortita eſt lateris ſpacium, brevioreque videtur
Virgine [q] *Pygmææ nullis adjuta* [r] *cothurnis,*
Et levis erectâ conſurgit ad oſcula plantâ.
Nulla viri cura interea, nec mentio fiet
[s] *Damnorum; vivit tanquam vicina mariti;*
Hoc ſolo propior, quòd amicos conjugis odit,
Et ſervos: [t] *gravis eſt rationibus. Ecce furentis*
[u] *Bellonæ, matriſq; deûm* [w] *chorus intrat, &* [x] *ingens*
[y] *Semivir,* [z] *obſcœno facies reverenda minori,*
Mollia qui ruptâ [aa] *ſecuit genitalia teſtâ,*
Jampridem cui [bb] *rauca cohors, cui* [cc] *tympana cedunt*

a Porticum vel templum Iſidis, in quo adulterorum & mœchorum conventus & colloquia fiebant de adulteriis. *Multas illa facit, quod ſunt ipſa Jovi.* Ovid.
b Dominæ, ipſa capillos lacerata à dominâ.
c Ad verbera, ſiquid peccet.
d Ancillæ nomen ſumptum ex Ovidio, qui ita Dianæ ornatricem nominat: fortè a ψιαθίζειν, ornatrices enim aquæ pauculum ferorabant ad compoſitionem crinium.
e *Inquit domina*
f Scurica ex taurino corio, vel penè pœnas exigit malè compoſiti crinis unius, perinde ac crimen ingens facinuſque fuiſſet. Martialis 2. 66.
g Si deformis ſit naſus tuus.
h Ancilla altera crimen à ſiniſtrâ parte componit.
i Convocatur ad conſilium formæ atque ornatûs. *Die Chryſis, nunquid indecens?* Petronius.
k Lanificio.
l Quæ hebeti, *inquiunt interpretes*, per annos oculorum acie à ſuendo ceſſat. Ego de *acu* crinali dictum cenſeo, cujus hanc peritam olimque exercitam accerſit in conſilium.
m Faſciis & tiaris, ut altior videatur. *Celſæ procul aſpice frontis honores, ſuggeſtumque comæ.* Pap. in 1. Sylvarum.
n Καλαχρηστικῶς καὶ σκωπτικῶς.
o Proceram, qualis fuit Andromache Hectoris uxor, à fronte, a tergo minor multo videtur.
p Quidni alia jam videatur? *vel* has illi tiaras indulge, ut naturam arte corrigat aut ſuppleat.
q De Pygmæis quis non audivit? qui Indiæ montium incolæ cubiti longitudinem non excedunt.
r Altis calceamentis ſubere ſuffertis ſublevatiſque Hiſp. *Chopines.*
s Quæ virtjus hinc ſuſtinet.
t Per ſuos ſumptus.
u De his Satyr. 2 ỳ. 111.
w Sacerdotum.
x Corpore, *vel*, veneratione & exiſtimatione.
y Antiſtes, cui execti ſunt teſtes.
z Reverendus quod minori ſit pene.
aa Satyr. 2. ỳ. 116.
bb Cantu, *vel*, quod eunuchis ut & fœminis ex frigore ſuperflui humoris abundantia arteriam aſperam craſſiorem reddens, vocis meatum anguſtat.
cc Sacerdotes minores tympana pulſantes.

Plebeia,

Plebeia, & [a] Phrygiâ veſtitur bucca tiarâ.
Grande ſonat, metuique jubet Septembris & [b] Auſtri
Adventum, niſi ſe centum luſtraverit [c] ovis,
Et [d] xerampelinas veteres donaverit ipſi;
Ut, quicquid ſubiti & magni diſcriminis inſtat,
In tunicas eat, & [e] totum ſemel expiet annum.
Hybernum fractâ glacie deſcendet in amnem,
[f] Ter matutino Tiberi mergetur, & ipſis
Vorticibus [g] timidum caput abluet: inde [h] Superbi
Totum regis agrum, nuda ac tremebunda [i] cruentis
Erepet genibus: [k] ſi candida juſſerit Io,
Ibit ad Ægypti finem, calidaque petitas
[l] A Meroë portabit aquas, ut ſpargat in æde
Iſidis, [m] antiquo quæ proxima ſurgit ovili:
Credit enim [n] ipſius dominæ ſe voce moneri.
[o] En animam, & mentem, cum quâ dii nocte loquantur.
Ergò hic præcipuum, ſummumque meretur honorem,
Qui grege [p] linigero circumdatus, & grege [q] calvo
[r] Plangentis populi currit [s] deriſor [t] Anubis.
[u] Ille petit veniam, quoties non abſtinet uxor
Concubitu, ſacris obſervandiſque diebus:
Magnaque debetur violato pœna [w] cadurco:
Et [x] moviſſe caput viſa eſt argentea ſerpens.
Illius lacrymæ [y] meditataque murmura præſtant,
Ut veniam culpæ non abnuat, [z] anſere magno
Scilicet, & tenui popano corruptus [aa] Oſiris.

a Perſis & Trojanis in uſu Infula, cujus lobi ſub mento connectebantur.

b Qui in Septembri flans febres & morbos generat.

c Ova enim expiationibus, luſtrationibusque adhibebantur, ac præcipuè in ſacris Iſidis.

d Veſtes coloris ficcæ roſæ, vel cujuſmodi eſt in autumnalibus vitis frondib.

e Mala totius anni.

f Perſius Sat. 2. ℣. 15. *Tiberino in gurgite mergis, &c.*

g Superſtitioſum, ſuperſtitio enim ex inſcitiâ & timore.

h Campum Martium, quem, cùm priùs Tarquinii Superbi ager fuiſſet, Brutus Marti conſecravit. i Rependo. Is. Caſaub. ad Suetonium in Auguſto accipit hunc locum pro nudipedalium ſuperſtitione. *Huc pede matronam nudo deſcendere vidi.* Ovid 6 Faſt. k Si per ſacerdotem vel omnium juſſerit Iſis, dea Ægyptia ex candidâ vaccâ Io facta. l Ex Meroë inſulâ Nili ſub zonâ torridâ, quam deſcribit Heliodor. l. 10. m Quæ vicina eſt ovili extructo in Martio Campo in memoriam Romuli & Remi, qui ibi pecora paſcebant. Sunt qui de ſeptis intelligunt, in quibus claudebatur populus ad ſuffragia: de his vide quæ ad Martial. epigr. 14. l. 2. n Iſidis in ſomnis jubentis. o *Epiphonema Ironicon* p Sacerdos. tum Iſidis veſtes lineas indutorum. q Capite raſo in Iſidis ſacris. r Cum planctu Apim bovem quærentes. Diodorus Siculus l. 14. s Creduli populi. t Antiſtes ſuſtinens perſonam Anubidis, qui filius fuit Oſiridis, & quod canem geſtaret armorum inſignia, ab Ægyptiis, in ſpecie canis colebatur. Diodorus Siculus ibidem u Antiſtes. w Propriè ſtragulo: Lecto intra novem ſacros dies violato. x Ac ſi veniam indulgens, capite annuiſſe viſa eſt: *vel.* iratæ ſimilis caput moviſſe (ut Sat. 2. ℣. 130) draconis effigies in Iſidis templo, de quâ vide Diodor. Sicul. & Macrob. lib. 1. Saturn. 20. c. y Conceptæ preces. z Anſere & popano, id eſt, placentâ Iſidem colere, & veſci ſacerdotes ſolebant. Herodot. l. 2. aa Deus ille, qui Anubis. ℣. 334.

* Cùm

* *Cùm dedit ille locum,* [a] *cophino, fœnoque relicto,*
Arcanam Judæa tremens [b] *mendicat in aurem,*
Interpres legum [c] *Solymarum, & magna ſacerdos*
[d] *Arboris, ac ſummi fida internuncia cœli.*
Implet & illa manum, ſed parciùs; ære minuto
Qualiacunque voles Judæi ſomnia vendunt.
[e] *Spondet amatorem tenerum, vel divitis orbi*
Teſtamentum ingens, [f] *calidæ* [g] *pulmone columbæ*
Tractato, Armenius, vel [h] *Commagenus aruſpex.*
Pectora pullorum rimatur, & exta catelli,
Interdum & pueri: faciet quod [i] deferat ipſe.
[k] *Chaldæis ſed major erit fiducia:* quicquid
Dixerit aſtrologus, credent à fronte relatum
[l] Ammonis; quoniam [m] Delphis oracula ceſſant,
Et genus humanum damnat [n] caligo futuri.
Præcipuus tamen eſt horum, qui ſæpius [o] *exul,*
Cujus amicitiâ, [p] *conducendâque* [q] *tabellâ*
[r] *Magnus civis obit, & formidatus Othoni.*
Inde fides arti; ſonuit ſi dextera [s] *ferro,*
Lavaque, ſi longo caſtrorum in carcere manſit.
[t] Nemo Mathematicus genium indemnatus habebit,
Sed qui penè perit, [u] cui vix in [w] Cyclada mitti

* Ubi abiit ſacerdos Iſidis.
a Nicol. de Lyrâ ad illud in Davidis Pſ. 81. 6. αἱ χεῖρες αὐτῆς ἐν τῷ κοφίνῳ ἐδούλευσαν, cophinum & fœnum à Judæis uſque portata, non tam refert ad tenuitatem Judaicæ ſuppellectilis, quàm ex inſtituto factum ſuſpicatur, ut hæc circumferrent uſque monimenta duræ ſervitutis in Ægypto, ubi fæces & ſtercora è civitatibus cophino exportare cogebantur, atque paleas, fœnum & ſtipulas colligere ad lateres conficiendos. An fortè in memoriam famis, quam toleràbant in obſidione? ubi fœni veteris laceramenta victui habebantur, ut refert Joſephus lib. 7. bell. Judaic. c. 7. b Inſuſurrat aliquid de ſuâ religione, ſimulque opem petit, ſed tectè, nè in periculum adducat matronas Romanas, quibus damnoſum foret Judaicam profiteri religionem. vide Martial. epigr. 54. lib. 7. c Judaicarum ab Hieroſolymis. d In nemore Aricino victitans, & alludit ad Dodonæas ſacerdotes, quæ reſponſa ſub quercu reddebant: vide quæ ad Sen. Medeam ℣. 349. e Ordo eſt. Armenius & Commagenus aruſpex ſpondet, &c. f Recens cæſæ. g Inſpectis extis. h Ex Orientali Syriæ parte. i Accuret. k Aſtrologis Babyloniis & Syris. l Jovis. ab ἄμμος, id eſt, arena: in arenoſis enim Africæ deſertis templum illi à Baccho conditum eſt propter fontem ex ariete conſpecto inventum: vel Hammonis ab חמן ſolarium, ſimulachrum Jovis in ſublimi extructum. m Oppido Phocidis, templo, & oraculo Apollinis inſigni, quod tamen oraculum defecit, ut & reliqua adventu Chriſti: vide Plutarchum de defectu oraculorum. n Ignoratio. o Supple fuit, ut ille Seleucus Mathematicus, *qui cùm Othonem olim ſuperſtitem ſure Neroni ſpopondiſſet, tunc ultro imperaturum quoque repromiſit* Suetonius Othone. c. 4. p Magnâ mercede & precio emenda, ab Othone, cui victoriam ſpondebat, *vel* alio. q Quæ judiciis ex cœli conſtitutione eſt notata. r Sergius Galba. s Manicis & catenis ferreis vincta. t Nemo creditur genium & animum præſcium habere, qui non fuerit damnatus. u Impetrato exilio ut effugeret præſentem mortem. w Inſulam è Cycladibus aliquam in exilium.

Contigit,

Contigit, & [a] parvâ tandem caruiſſe Seripho.
Conſulit ictericæ lento de funere matris,
[b] *Antè tamen de te Tanaquil tua; quando ſororem*
Efferat, & patruos: an ſit victurus adulter
*Poſt ipſam: * quid enim majus dare numina poſſunt?*
Hæc tamen ignorat quid ſidus triſte minetur
[c] *Saturni,* [d] *quo læta Venus ſe proferat aſtro,*
Qui menſis damno, quæ dentur tempora lucro.
Illius occurſus etiam vitare memento,
In cujus manibus, ceu pinguia ſuccina, [e] *tritas*
Cernis [f] *ephemeridas; quæ nullum conſulit, & jam*
Conſulitur: quæ, caſtra viro, patriamque petente,
Non ibit [g] *pariter,* [h] *numeris revocata* [i] *Thraſylli.*
Ad primum lapidem vectari cùm placet, hora
Sumitur ex libro, ſi prurit ſtrictus ocelli
Angulus, inſpectâ [k] *geneſi collyria poſcit.*
Ægra licet jaceat, capiendo nulla videtur
Aptior hora cibo, niſi quam dederit [l] *Petoſiris.*
Si [m] *mediocris erit,* [n] *ſpatium luſtrabit utrumque*
*Metarum, & ſortes ducet, * [o] *frontemque* [p] *manumq;*
Prædebit vati crebrum [q] *poppyſma roganti.*
Divitibus reſponſa dabit Phryx augur, & [r] *Indus*
Conductus dabit aſtrorum mundique peritus,
Atque aliquis ſenior, [s] *qui publica fulgura condit.*
[t] *Plebeium in Circo poſitum eſt, & in aggere fatum:*
[u] *Quæ nudis longum oſtendit cervicibus aurum,*

a Revocari ex illâ exilii inſulâ, Cycladum una in mari Ægæo.
b Uxor tua futurorum cognitionis ſtudioſa, ut illa, Tarquinii Priſci uxor, conſulit Mathematicos de morte matris tuæ, quam ictero laborantem ſperaverat jamdudum extuliſſe: & tamen priùs de tuâ, quam ſuper omnia experit.
* *Ironicè.*
c Frigidi & ſicci, maleficî.
d In quo ſigno vel quâ domo gaudeat aſcendens: quos planetas habeat amicos.

e Unctas & pellucidas ceu pinguia ſuccina. f Libellum ſupputantem aſtrorum per ſingulos dies conſtitutionem g Unà cum marito. h Calculationibus. i Nobilis Mathematici tempore Tiberii, cujus peritiam quomodo expertus fuerit Tiberius in otio apud Rhodum vide quæ Sueto nius in Tiberio c. 14. Tacitus annalium 6. Dio. 55. lib. k Nativitatis themate. l Inſignis Aſtrologus Ægyptius. m Paupercula. n In Circo Maximo, ubi plurimi erant ſortilegi & divinatores. ỳ. 589. o Phyſiognomoni ſeu metoposcopo, qui profitetur hominum mores, naturas & futuros etiam eventus ex vultu ac fronte pernoſcere & prævidere. *præbebit frontem*, ut &----p---- Chiromanti, qui divinat è lineis & inciſuris manuum, præbebit manum. q Ex manûs contrectatione: *vel* oſculum ex collitis labiis ſonans: *al.* concubitum. r Aſtrologus & Philoſophus Indus, Gymnoſophiſta, Brachmanes: nam ſuprà de Phrygiis ſacerdotibus dixerat, neque illi iſta curabant aut nôrant. s Hetruſcus fulgurum conditor & expiator. Perſ. Sat. 2. ỳ 26. t Viliſſimi homines & ἀνέγνωι, ut ludii, aſtrologi, conjectores, fanatici in Circo morabantur. Plebeii vates in circo ſedent, & in aggere Tarquinii Superbi, qui eſt ad Circum Sat. 3. ỳ. 65. Horatius itaque apellat *Fallacem Circum*: de his Ennius: *Non vicanos haruſpices, non de circo aſtrologos, &c.* Et Cicero pro Milone: *In Circo Maximo, &c.* u Syra mulier vel meretrix aurea geſtans monilia.

Conſulit ante [a] *Phalas, delphinorumque columnas,*
An ſaga vendenti nubat, [b] *caupone relicto.*
[c] *Hæ tamen & partûs ſubeunt diſcrimen, & omnes*
Nutricis tolerant fortunâ urgente labores:
Sed jacet [d] aurato vix ulla puerpera lecto.
Tantum [e] *artes hujus, tantum medicamina poſſunt,*
Quæ ſteriles facit, atq; [f] *homines in ventre necandos*
Conducit. [g] *Gaude infelix, atque ipſe bibendum*
Porrige [h] *quidquid erit: nam ſi* [i] *diſtendere vellet,*
Et [k] *vexare uterum pueris ſalientibus,* [l] *eſſes*
Æthiopis fortaſsè pater: mox [m] *decolor hæres*
Impleret tabulas [n] *nunquam tibi manè videndus.*
Tranſeo ſuppoſitos, & [o] *gaudia votaque ſæpe*
[p] *Ad ſpurcos decepta lacus, atque* [q] *inde petitos*
Pontifices, [r] *Salios,* [s] *Scaurorum nomina* [t] *falſo*
Corpore laturos: ſtat fortuna improba noctu
Arridens [u] *nudis infantibus: hos fovet omnes,*
Involvitque ſinu; domibus tunc porrigit altis,
Secretumque ſibi [w] *mimum parat: hos amat, his ſe*
Ingerit, atque ſuos videns producit alumnos.

Hic magicos adfert [x] *cantus, hic* [y] *Theſſala vendit*
[z] *Philtra, quibus valeat* [aa] *mentem vexare mariti,*
[bb] *Et ſoleâ pulſare nates: quòd deſipis, inde eſt,*
Inde animi caligo, & magna oblivio rerum
Quas modò geſſiſti: tamen hoc tolerabile, ſi non
Et furere incipias, ut [cc] *avunculus ille Neronis,*
Cui totam [dd] *tremuli frontem Cæſonia pulli*
Infudit: quæ non faciet, quod principis uxor?
[ee] *Ardebant cuncta, & fractâ compage ruebant,*

a Sortilegos & divinatores, qui in Circo ante Phalas, id eſt, turres ligneas, & delphinorum columnas verſabantur.
b Priore marito deſerto vel mortuo.
c Pauperculæ.
d Diviti & nobili, ipſa dives. Hypallage.
e Veneficæ.
f Conceptos jam & formatos.
g Marite. *Scopticè.*
h Quidquid erit potionis abortum facientis.
i Gravida fieri.
k Parere.
l Ex adulterio conjugis tuæ cum ſervo Æthiope.
m Niger, vel fuſcus: *a Mulatto.* ex patre Æthiope & matre Romanâ ſcriberetur tibi hæres, dictante uxore: ſuprà, ℣. 218.
n Utpote malum omen, & inauſpicatum.
o Patrum, de nothis & ſuppoſitis tanquam ſuis.
p Lacum Velabrenſem, quo exponebantur ſpurii.
q Clam à matribus, quæ nigros ſuos ex Æthiopicis ſervis fœtus ejecerunt. & à lacu Velabrenſi petendos curârunt expoſitos aliarum fœminarum ſpurios, quos maritis pro ſuis obtrudant.
r Martis ſacerdotes.
s Nobilium.
t Suppoſito.
u Expoſitis nudis.
w Ludum & varium jocum ex his ſuppoſitis.
x Incantamenta.
y Theſſalia olim veneficiis & magicis famoſa.
z Potiones amatorias.
aa Dementes reddere.
bb Pro ſuâ libidine tractare. Perſ. Sat. 5. ℣. 149
cc Caligula, qui *ab uxore Cæſoniâ creditur potionatus amatorio quidem medicamento, ſed quod in furorem converterit.* Suetonius Calig. cap. 50. idem refert Joſephus Antiq. l. 19.
dd Carunculam è fronte recens nati pulli equini, id eſt, hippomanes: ſupra ℣. 134.
ee Caligulæ furoris igne ardebant, ruebantque peſſum res humanæ, quarum habenas tenuit Romanorum Imperator, non ſecus ac nutâſſent cœleſtes res, Jove in furorem verſo.

Non aliter, quàm si feciſſet Juno maritum
Inſantum: minùs ergo nocens erit Agrippina
[a] *Boletus: ſiquidem unius præcordia preſſit*
Ille ſenis, * *tremulumque caput* [b] *deſcendere juſſit*
*In cœlum, & * longam manantia labra ſalivam.*
[c] *Hæc poſcit ferrum atque ignes, hæc potio torquet,*
Hæc lacerat miſtos equitum cum ſanguine patres.
[d] *Tanti partus equæ: quanti una veneficа conſtat?*
Oderunt natos de pellice: nemo repugnet,
Nemo vetet: jamjam privignum occidere fas eſt.
Vos ego, pupilli, moneo, quibus amplior eſt res,
Cuſtodite animas, & nulli credite menſæ:
Lividâ materno fervent adipata veneno.
[e] *Mordeat antè aliquis, quicquid porrexerit illa*
[f] *Quæ peperit, timidus præguſtet pocula* [g] *pappas.*
[h] *Fingimus hæc: altum Satyrâ ſumente* [i] *cothurnum,*
Scilicet, & finem egreſſi legemque [k] *priorum,*
Grande Sophocleo carmen [l] *bacchamur hiatu,*
Montibus ignotum [m] *Rutulis, cœloque Latino.*
Nos utinam vani! ſed clamat [n] *Pontia,* Feci,
Confiteor, puerique meis aconita paravi,
Quæ deprenſa patent, facinus tamen ipſa peregi.
† *Túne duos unâ* [o] *ſaviſſima vipera cœnâ?*
Túne duos? [p] *ſeptem, ſi ſeptem ſorte fuiſſent.*
** *Credamus Tragicis quicquid de* [q] *Colchide torvâ*
Dicitur, & [r] *Progne: nil contrà conor, & illæ*
Grandia monſtra ſuis audebant temporibus; ſed
[s] *Non propter nummos: minor admiratio ſummis*
Debetur monſtris, quoties facit ira nocentem

[a] Quo venenato ſuſtulit Claudium Imperatorem.
[b] Relatum enim inter deos, rurſus, à diis detruſum eſſe ad inferos jocatur Seneca ἀποκολοκυντώσει Claudii Cæſ.
* Erat enim Claudius *tremulo capite, ſpumante rictu, humentibus naribus*, &c. Sueton. Claud. c. 30.
[c] Hæc autem potio & philtrum Cæſoniæ Caligulam in furioſam crudelitatem impulit. *Exquiſitum aliquod veneni genus placebat, quod turbaret mentem & mortem differret.* Tacitus 12. Ann.
[d] Si tantum mali ex uno hippomane, quantum ex unâ veneficâ? [e] Præguſtet. [f] Ipſa mater, quæ ut gratificetur ſecundo marito, veneno non rarò tollit filios ex priore marito, ut ad illum rem integram deferat: infrà de Pontiâ. [g] Alumnus vel tutor Syracuſanus: πάππας, pater. [h] Aliquis fortaſſe arguat nos hæc fingere, &c. mox: Utinam quidem fingeremus, neque vera nimis eſſent, quæ memoro. [i] Tragicam licentiam & argumenta ficta. [k] Poëtarum Satyricorum. [l] Poëtico inſtincti furore canimus Tragica. [m] Italis montibus. i. e. Romæ. Rutuli verò populi Latii. [n] Publii Petronii filia, Vecti Bolani uxor, quæ duos ex Bolano filios veneno ſuſtulit, ut adultero nuberet. Mart. epig. 34. lib. 2. Idque profeſſa è formula fatentium reorum. Quæ eadem & inſcriptio epitaphiis ſolennis. † *Inquit Poëta.* [o] In tuos ſæva, ut viperæ, è quibus fœmina marem, nati matrem enecant. [p] *Reſpondet Pontia.* Imò ſeptem interfeciſſem, ſi mihi ſeptem fuiſſent, ut ſecundo gratificarer marito. ** *Poëtæ verba.* [q] Medeâ, quæ liberos ſuos in odium Jaſonis dilaniavit. [r] Quæ Ityn filium coctum Tereo appoſuit. [s] Ut noſtræ.

Hunc ſexum, & [a] rabie jecur incendente feruntur
Præcipites, ut ſaxa jugis abrupta, quibus mons
Subtrahitur, clivoque latus pendente recedit.
Illam ego non tulerim, quæ [b] computat, & ſcelus ingens
[c] Sana facit: [d] *ſpectant* [e] *ſubeuntem fata mariti*
Alceſtim; & [f] ſimilis ſi permutatio detur,
Morte viri cupiant animam ſervare catellæ.
Occurrent multæ tibi [g] Belides, atque [h] Eriphylæ;
Manè [i] Clytæmneſtram nullus non vicus habebit.
Hoc tantùm refert, quòd [k] Tyndaris illa bipennem
[l] Inſulſam, & fatuam dextrâ lævâque tenebat.
At nunc res agitur tenui pulmone [m] rubetæ:
[n] Sed tamen & ferro, [o] ſi præguſtaret Atrides
Pontica [p] ter victi cautus medicamina regis.

a Quoties furore amoris vel iræ agunter præcipites non leviore ruinâ, quàm præruptæ & ruinam minitantia juga montium, ſubducto clivo ſeu radicis parte

b Deliberat modò ỳ. 647.

c Prudens mentis compos: non ex vindictâ, affectu, aut infirmitate.

d In theatralibus ludis repræſentatam. e Mariti Admeti vitam ſuâ morte redimentem. f Sed his ſi ſimilis daretur permutatio & optio, redimerent vitam catellæ morte viri. g Similes Danai filiabus L. quæ uno excepto maritos interfecere. h Cujuſmodi fuit Eriphyla, quæ vatem Amphioraum maritum monili à Polynice corruptâ prodidit. i Similem Clytæmneſtræ, quæ ut Ægiſtho adultero frueretur, maritum Agamemnona à bello Trojano redeuntem bipenni occidit. k Clytæmneſtra Tyndari filia. l Non artificioſam cædem, quale noſtrarum venenum. m Sat. 1. ỳ. 70. n Et paratæ tamen etiam ferro rem decernere. o Si maritus ſe præmuniret antidoto, quali uſus eſt Mithridates rex Ponti. p A Syllâ, Lucullo, Pompeio.

SATYRA VII.

Ad Teleſinum poëtam, Cæſarem quidem ſtudia & artes reſpicere, cæterùm apud alios Romanos Poëtarum, Hiſtoricorum, Cauſidicorum, Rhetorum, & Grammaticorum ſtudia & labores pro levi & vili eſſe.

ET ſpes, & ratio ſtudiorum in [a] Cæſare tantùm:
Solus enim [b] triſtes hâc tempeſtate Camænas
Reſpexit, cùm jam celebres notique poetæ
[c] Balneolum Gabiis, Romæ conducere furnos
Tentarent; nec fœdum alii, nec turpe putarent
Præcones fieri, cùm [d] deſertis Aganippes

a Trajano, *alii* Nervæ, *alii* Domitiano qui cætera vitioſus, fovebat tamen literis, fovebatque Muſas. Vide vitam Juvenalis. b Neglectos & inopes poetas. c Inopiâ ſuâ & poëſeos neglectu coacti, Romæ & in aliis oppidis Italiæ conferrent ſe ad ſordidas artes, ut ex balneatoriâ & furnariâ victum ſibi quærerent. d Miſſis ſtudiis in remotis ſolitudinibus juxta Aganippen fontem Bœotiæ à Cadmo inventum & Muſis ſacrum.

Vallibus,

Vallibus eſuriens migraret in [a] *atria* [b] *Clio.*
Nam ſi [c] *Pieriâ quadrans tibi nullus in arcâ*
Oſtendatur, ames nomen victumque [d] *Machæræ,*
Et vendas potiùs, commiſſa quod auctio vendit
Stantibus, œnophorum, tripodes, armaria, ciſtas,
[e] *Halcyonem Bacchi,* [f] *Thebas, &* [g] *Terea* [h] *Fauſti.*
Hoc ſatiùs, quàm ſi dicas ſub judice, vidi,
Quod non vidiſti. Faciant [i] *equites Aſiani,*
Quanquàm & [k] *Cappadoces faciant, equiteſque* [l] *Bithyni,*
[m] *Altera quos nudo traducit* [m] *Gallia talo.*
Nemo tamen ſtudiis indignum ferre laborem
Cogetur poſthàc, nectit quicunque [n] *canoris*
Eloquium vocale modis, [o] *laurumque momordit.*
* *Hoc agite, ô juvenes, circumſpicit, & ſtimulat vos,*
Materiamque ſibi [p] *Ducis indulgentia quærit.*
Siqua aliunde putas rerum expectanda tuarum
Præſidia, atque ideò [q] *croceæ membrana tabellæ*
[r] *Impletur,* [s] *lignorum aliquid poſce ocyùs, & quæ*
Componis, dona [t] *Veneris,* [u] *Teleſine, marito:*
Aut claude, & poſitos [w] *tineâ pertunde libellos.*
Frange miſer calamos, [x] *vigilataque prælia dele,*
Qui facis in parvâ ſublimia carmina cellâ,
Ut dignus venias [y] *hederis, & imagine* [y] *macrâ.*
Spes nulla ulterior: didicit jam dives avarus
Tantùm admirari, tantùm laudare diſertos,
Ut pueri [aa] *Junonis avem.* Sed defluit ætas
Et [bb] pelagi patiens, & [cc] caſſidis, atque [dd] ligonis:
Tædia tunc ſubeunt animos, tunc ſeque, ſuamque

a Divitum, *vel,* atria Licinia in foro, quò convenire præcones, & ubi auctiones fieri ſolebant.
b Poeta Cliûs cultor
c Tui docti poëtæ, qui muſas è Pieriâ colis.
d Præconis illius temporis.
e Tragœdiam de Halcyone, Ceycis uxore, à malo poëtâ Baccho ſcriptam. Aliàs *Alcathoen Pacci,* fabulam: vide 4. Met. Ovid
f Tragœdiam de Thebarum regibus, Lajo, Oedipo, &c.
g Tragœdiam de Tereo Progne, Philomelâ. &c
h Mali Poëtæ.
i Servi ex Aſiâ ducti jam equites Romani facti, ſed levis fidei.
k. Equites è ſervis Cappadocibus, qui Armeniæ ſunt contermini
l Equites è ſervis Bithynis in Aſiâ minore juxta Pontum.
m Gallogræcia ſeu Galatia: vide Lucii Flor. 2 l. 11. cap.
n Poema altum & ſonorum.
o Honorem lauri, & gloriam poëmatis ſui deguſtavit: *vel,* Poëſi initiatus, & ſacer Apollinis vates factus momordit laurum, quæ manducata numine inflare credebatur. Δαφνηφάγων φοῖβαζεν ἐκ λαυρῶν ὄπα, Lycoph. ỳ. 6
* Rituale verbum & in ſacris ſolenne.
p Imperatoris liberalitas & favor.
q Vide Perſii Sat. 3. 10. vel Vitelliani.
r Carminibus.
s Ad incendium.
t Vulcano, igni,
u Poeta, ad quem hanc Satyram ſcribit.
w Blattis & tineis eſcam mitte.
x Carmina, quæ de bellis elucubrâſti.
y Coronâ ex hederis, victorum poëtarum præmio, & ----z---- Statuâ in Bibliothecam Apollinis recipiendâ, referente maciem tuam ex intenſione ſtudii contracta. Vide Perſii prologi ỳ. 5.
aa Pavonem.
bb Quæ poterat impendi mercaturæ & nauticæ.
cc Militiæ.
dd Agriculturæ.

[a] Terpſi-

rpſichoren odit [b] facunda & nuda ſenectus.
Accipe nunc artes, nè quid tibi conferat iſte
m colis: & [c] Muſarum & Apollinis ædè relictâ,
facit verſus, atque uni [d] cedit Homero
opter mille annos: at ſi dulcedine famæ
enſus recites, [f] Maculonus commodat ædes;
longè ferrata domus ſervire jubetur,
uâ ſollicitas imitatur [g] janua portas.
dare libertos extremâ in parte ſedentes
inis, & magnas [h] comitum diſponere voces.
no dabit [i] regum, [k] quanti ſubſellia conſtent,
quæ conducto pendent [l] anabathra tigillo,
æque [m] reportandis poſita eſt [n] orcheſtra cathedris.
tamen hoc agimus, tenuique in pulvere ſulcos
cimus, & [o] litus ſterili verſamus aratro.
m ſi diſcedas, laqueo tenet [p] ambitioſi
nſuetudo mali; tenet inſanabile multos
ibendi cacoëthes, & ægro in corde ſeneſcit.
d varem egregium, cui non ſit publica vena,
i [q] nihil expoſitum ſoleat [r] deducere, [s] nec qui
mmuni feriat carmen triviale monetâ;
Hunc, qualem nequeo monſtrare, & ſentio tantùm,
nxietate carens animus facit, [t] omnis acerbi
patiens, [u] cupidus ſylvarum, [w] aptuſque bibendis
ntibus [x] Aonidum: neque enim cantare ſub antro
ierio, [z] thyrſumve poteſt contingere [aa] ſana

a Studia poëtica.
b Ipſi jam ſenes inopeſq; utut docti.
c Poëtis ipſis, *vel*, doctorum cenſurâ, qui in ædè Muſarum & Apollinis de carminibus judicabant, *vel*, nullo muſarum inſtinctu, ſed invitâ Minervâ carmina aggreſſus.
d Putat ſe cedere.
e Neque hoc propter ingenium, ſed annos, quòd Homerus antiquior ſit illo.
f Dives quiſpiam.
g Ferrata, inſtar portarum civitatis obſeſſæ.
h Clientum, qui tibi ap-

audebant. i Divitum. k Precium conductorum ſubſelliorum gradu-, orcheſtræ. l Scalas & gradus per quos ad pulpita aſcenditur. Quippe quæ conducta referunt. *Nam & domum mutuatur, & auditorium exuit, & ſubſellia conducit.* Dialog. de Oratoribus. n Tabulatum, in o ſaltat chorus, Sat. 3. ỳ. 178. o Sterile & inutile ſtudium exerce-s & urgemus, non majori fructûs ſpe, quàm ſi littus araremus. Laudem affectantis poëtices: penè converſus hic locus ex Ariſtopha-s Ranis. Τὸ μὲν δὲ ποιητὴν, ἄν, &c. q Nihil humile aut vulgare. *Effugiendum eſt ab omni verborum vilitate, & ſumendæ voces à plebe ſummo-*, &c. Petron. r Egregiè & ſubtilitèr, veluti tenui filo. s Qui non ulgari notâ & ſtylo carmina condit. *Metaphor.* à monetariis, qui unius otæ nummos producunt. * Et cujus nomen aut exemplum non poſſum are, ut qui talem novi neminem. & cujus ideam mente ſolùm concipio. Moleſtiis vacuus & liber. u Seceſſûs & ſolitudinis amans. w Naturâ oneus, quem ars perficiat, & quem furore ſuo inſpirent Apollo & Mu-. x Muſarum ex Aoniâ, antris, montibus & fontibus muſis conſecra-s nobili. y Supra ỳ. 8. z Furorem ἔμπνευσον· quali in Orgiis Thyr-geræ feruntur Bacchides. Poëtæ autem in tutelâ Bacchi ſunt. aa Sicca ſobria quæ poëtis haud convenit, qui non niſi mero (quod animæ ducit inſtrumenta) madidi & malè ſani carmina ſcribunt, quæ vivere oſſint: vide epigram. Antipatri 2. lib. Anthолog. συμποτικὰ ἀξιάγματα.

Paupertas, atque æris inops, quo nocte dies
Corpus eget: *ſatur eſt,* [a] *cùm dicit Horatius, E*
Quis locus ingenio; niſi cùm ſe carmine ſol
Vexant, & [b] dominis [b] Cirrhæ [c] Nyſæq; ferun
Pectora noſtra duas non admittentia curas?
Magnæ mentis opus, nec [d] *de lædice parandâ*
Attonitæ, currus, & equos, faciesque deorum
[e] *Aſpicere, & qualis* [f] *Rutulum confundat* [g] *Erin*
Nam ſi Virgilio puer, & tolerabile deſit
Hoſpitium, [h] *caderent omnes à crinibus hydri,*
[i] *Surda nihil* [k] *gemeret grave buccina: poſcimus u*
[l] *Non minor antiquo* [m] *Rubrenus Lappa* [n] *cothurn*
Cujus & [o] *alveolos, & lænam* [p] *pignorat Atreu*
Non habet [q] *infelix Numitor, quod mittat amico,*
Quinquillæ quod donet, habet: nec defuit illi
Unde emeret multâ paſcendum carne leonem
Jam domitum: conſtat leviori bellua ſumptu
[r] Nimirum, & capiunt plus intestina poeta.
Contentus famâ jaceat [s] *Lucanus in hortis*
Marmoreis: at [t] Serrano, tenuiq; [t] Salejo
Gloria [u] quantalibet; quid erit, ſi gloria [w] ta
tùm eſt?
Curritur ad vocem jucundam, & carmen [x] *amica*
[y] *Thebaïdos, lætam fecit cùm Statius urbem,*
Promiſitque [z] *diem; tantâ dulcedine captos*
Afficit ille animos, tantâque libidine vulgi
Auditur: ſed cùm [aa] *fregit ſubſellia verſu,*
Eſurit, intactam [bb] *Paridi niſi vendat* [cc] *Agaven,*
[dd] *Ille &* [ee] *militiæ multis largitur honorem,*
[ff] *Semeſtri vatum digitos circumligat auro.*

a Od. 19. l. 2.
b Ab Apolline, cui Cirrha urbs ad radicem Parnaſſi ſacra.
c Baccho, qui in Nysâ Arabiæ educatus cultuſq; eſt.
d De domeſticis curis ſolicitæ.
e Mente conceptas deſcribere.
f Turnum Rutulorum regem.
g Alecto furia Æn. 7.
h Non potuiſſet fingere furias anguibus crinitas: Æn. 7. ỳ 450. *geminos erexit crinibus angues.*
i Non audita, *vel* rauca. *Catachreſis.*
k Nec adeò horrendum finxiſſet Alectûs cornu: *in eodem 7. lib. Æneid.*
l Non minori pretio & æſtimatione.
m Poëta Tragicus.
n Poetis Tragicis priſci tempor
o Tabulas vel *alveolos,* id eſt lances.
p Tragœdia de Atreo, quam d
ſcribit, ſupellectilem pignori exponit: *aliàs* pignori accipit Atre
fœnerator. *Prior expoſitio magis placet.*
q Judicio & uſu: vide Martia
epigr. 3. l. 9.
r Ironicè.
s Qui dives ad poëſim acceſſit.
t Paupe
poëtæ.
u Utcunque magna.
w Nuda & ſine pretio.
x Gratæ.
y Sc
tii poëmatis de bello Thebano.
z Recitandi.
aa Frequentiâ aud
torum ὧν ὑπὸ χρότου καὶ κραυγῆς κατερρήγνυτο ὁ τόπος. Polybius hiſtori
rum 15 *vel,* vehementi recitatione, ut Sat. 1 *Ruptæ lectore columnæ.*
Sic Martianus Capella: *cognoſcentium quoque fregere ſubſellia, hunc olim perorantem & rhetoricæ ſedilia plauſibili oratione frangentem, &c.* Sidonius l. 5. epiſtolarum ad Sapandum.
bb Pantomimo, Domitiæ Neronis mitæ liberto.
cc Fabulam de matre Penthei conſcriptam, eamque no
vam.
dd Paris.
ee Præfecturas.
ff Dignitate equeſtri, cujus inſigne annuli aurei, quos invenit luxus ſemeſtres, id eſt, æſtivos minores; hybernos majores, ut Satyra 1. ỳ. 28.

Qua

d non dant proceres, dabit hiſtrio: tu [a] *Camerinos,*
Bareas, tu nobilium magna atria curas? 91
fectos [b] *Pelopea facit,* [b] *Philomela tribunos.*
ud tamen invideas vati, quem [c] *pulpita paſcunt.*
is tibi [d] *Mecænas? quis nunc erit aut* * *Proculeius,*
t * *Fabius? quis* * *Cotta iterum? quis* * *Lentu-*
lus alter? 95
nc par ingenio pretium: [e] *nunc utile multis*
llere, & [f] *vinum toto neſcire Decembri.*
Veſter porrò labor fœcundior, hiſtoriarum
iptores, [h] *petit hic plus temporis, atque* [i] *olei plus:*
mque oblita modi milleſima pagina ſurgit 100
nibus, & creſcit multâ damnoſa papyro:
ingens rerum numerus jubet, atque operum lex.
æ tamen inde ſeges? terræ quis fructus [k] *apertæ?*
is dabit hiſtorico, quantum daret [l] *acta legenti?*
Sed genus ignavum, quod tecto gaudet & umbrâ.
[n] *Dic igitur quid cauſidicis* [o] *civilia præſtent* 106
ficia, & magno [p] *comites in faſce libelli?*
magna ſonant; ſed tunc cùm creditor audit
æcipuè, vel ſi [q] *tetigit latus acrior illo,*
Qui venit ad dubium grandi cum [s] *codice* [t] *nomen.*
nc immenſa cavi ſpirant mendacia [u] *folles,* 111
Conſpuiturque ſinus: verùm deprendere meſſem
libet, [x] *hinc centum patrimonia cauſidicorum,*
rte aliâ ſolùm [y] *ruſſati pone* [z] *Lacertæ.*
nſedere [aa] *duces: ſurgis tu* [bb] *pallidus* [cc] *Ajax* 115
icturus [dd] *dubiâ pro libertate,* [ee] *Bubulco*

a Nobiles.
b Tragœdia de Pelopeâ filiâ Thyeſtæ: vel de Philomelâ conſcripta, & Paridi vendita.
c Recitationes in pulpitis.
d * Viri liberales, & munifici. Sat. i. ỳ. 40. ii. ỳ. 146. v. ỳ. 108.
e Nunc ſtudii utilitas huc redit omnis denique, ut palleant & vino abſtineant. Legitur &, *tunc utile.*
f Abſtemia agere Saturnalia, quæ menſe celebrantur Decembri, in quibus vino & epulis maximè indulgetur.
g Sed veſter labor, ô hiſtorici, utilior fortè eſt & fœcundior. *Iicè.* h Hic labor petit plus operæ & olei. Sed legitur & *petitur plus.* mpenſæ in oleo ad lucernam. k Proſciſſæ & aratæ. *Metaphora.* l Actuio ſive advocato. m Sed hiſtorici, *Inquies*, ſunt genus ignavum, &c. acus Caſaubonus in animadverſionibus ad Suetonium in Auguſto legit, *od lecto gaudet*, intelligitque *lectum* ceu *lecticulam lucubratoriam: vidion*, Ita Seneca 72. ep. *Quædam ſunt quæ poſſis & in ciſio ſcribere: ædam lectum & otium & ſecretum deſiderant.* Et Perſius Sat. 1. ỳ. 53. *Non icquid denique lectis Scribitur in citreis.* n *Reſpondet Poeta.* o Actios cauſarum civilium. p Lib. actionum quos ſecum in judicium adrt. q Punxit commovitque alius cauſidicus acrior illo, *vel* creditor. Qui debitore inficiante, negat id deberi, paratus oſtendere libros acpti & expenſi. s Legum, *vel* probationis. t Debitum. u Pulmoes, *vel* fauces. w Contentione orationis. x In hâc lance. i. e. conr lucrum aurigæ cum illo cauſidici, & comperies unius aurigæ lucrum quare centum cauſidicorum mercedes. y Veſte ruſſatâ. i. e. rubrâ nduti. z Militis vel aurigæ ruſſatæ factionis. aa Judices. *Hemiſtichvidianum Met.* 13. bb De eventu vel causâ ſubtimidus. cc Cauſam icturus, ut Ajax ibid. dd Pro eo cujus libertas in quæſtionem vocatur, *ut Cic. pro Archiâ* ee C. Attilio Bubulco Cos. *vel*, ruſtico aliquo dice.

Judice: rumpe miſer [a] *tenſum jecur, ut tibi laſſo*
Figantur [b] *virides ſcalarum gloria palmæ.*
Quod vocis pretium? ſiccus petaſunculus, & vas
[c] *Pelamidum, aut veteres Aphrorum* [d] *epimenidas*
bulbi; 12
Aut vinum [e] *Tiberi devectum, quinque lagenæ,*
Si quater egiſti: ſi contigit aureus unus,
[f] *Inde cadunt partes ex fœdere pragmaticorum:*
[g] *Æmilio dabitur, quantum petet (& melius* [h] *nemo*
Egimus) hujus enim ſtat [i] *currus aheneus, alti* 12
Quadrijuges in veſtibulis, atque ipſe feroci
[k] *Bellatore* [l] *ſedens curvatum haſtile minatur*
Eminùs, & ſtatuâ meditatur prælia [m] *luſcâ.*
Sic [n] *Pedo* [o] *conturbat,* [o] *Matho deficit; exitus hic eſt*
[p] *Tongilli, magno cum* [p] *rhinocerote lavari* 1
Qui ſolet, & vexat lutulentâ balnea [q] *turbâ,*
*Perque forum juvenes longo premit * aſſere* [r] *Medos,*
Empturus pueros, argentum, [s] *myrrhina, villas;*
[t] *Spondet enim Tyrio* [u] *ſtlataria purpura filo.* 1
Et tamen hoc ipſis eſt utile, purpura [w] vendit
Cauſidicum, vendunt [x] amethyſtina: convenit illis
Et ſtrepitu & [y] facie majoris vivere cenſûs.
Sed finem impenſæ non ſervat prodiga Roma:
[z] *Ut redeant veteres,* [z] *Ciceroni nemo ducentos* 13
Nunc dederit nummos, niſi fulſerit annulus ingens.

a Jecur irâ inflatum: *vel*, pulmonem ſpiritu.
b Victoriæ ſigna è pulpito tuis ædibus affigantur: erat autem moris, victoriam in actionibus, partam teſtari appenſâ proforibus palmâ. οἱ φοίνικες ἐπὶ τῇ θύρᾳ κλωθοὶ ἐξεφαινομένοι. Lucian. Ῥητόρων διδάσκαλος. *alii cenſent* ſignificari hinc pauperiem oratorum, quibus etiam victoribus pro palmatis ædibus erant cœnacula, ad quæ ſcalis aſcenderent.
c Piſcium è thynni genere.
d Bulbi genus Plin. l. 19. c 9. vel bulbi, piſces exigui & viles. Lipſ. epiſt. 2. l. 4. Quæſt. *Epim.* alii egunt *Epimenia*, quæ menſtrua hæc ſint munera ex Africâ.
e Vile ut Veientanum ſeu Etruſcum, non adverſo flumine ex Campaniâ vel Græciâ advectum.
f Aurei illius partes quædam auferuntur diſtribuendæ ex pacto Pragmaticis, qui verbis & formulis juris inſtructi, mercedulâ adducti miniſtros ſe oratoribus præbent in judiciis. Cic. 1. de Orat. & Fab. l. 12 c. 3
g Dixiti cauſidico.
h Nos tamen pauperes advocati.
i Triumphalis currus majorum in porticu.
k Equo.
l Equeſtris ſtatua.
m Altero oculo clauſo ut ictum dirigat: *vel* inclinato capite, vel detorto, ita ut quaſi tantùm oculus videatur.
n Cauſidicus.
o Decoquit, & æs alienum contrahit, novis creditoribus ſolvens, veteribus non ita, dum ſe divites præfert.
p Gutto ex cornu Rhinoceroris, quo in balneis utuntur divites.
q Clientum & ſervorum.
* Satyra 3. 245.
r Lecticarios ex Media. Lipſius legit *Mæſos*, ut Sat. 9. ℣. 143. *de grege Mæſorum.*
s Vasa: vide Martial. epigr. 113. l. 14. & quæ nos ibi: vide & hujuſmodi lacernatorem Mamurram. epigr. 60. l. 9. Martial
t Exponit ſe tanquam divitem
u Latus clavus purpureus, *ſt* præfixis, ut ſtilite pro lite.
w Commendat & facit ut conducatur majori pretio.
x Veſtimenta violacea, ab Amethyſti gemmæ colore.
y Oſtentatione majoris cenſûs.
z Quòd ſi in vitam reverſi ſint ſummi illi oratores Romani, Craſſus, Antonius, Cicero, acturi jam cauſas.....alii legunt, *Fidimus eloquio?*

Reſpicit hoc primum [a] *qui litigat, an tibi ſervi*
Decio, decem [b] *comites, an poſt te ſella,* [c] *togati*
Ante pedes: ideò conductâ [d] *Paulus agebat*
Sardonyche, atqꝫ ideò pluris, quàm [d] *Coſſus agebat,*
Quàm [d] *Baſilus:* rara in tenui facundia panno. 145
Quando licet [f] *flentem Baſilo producere matrem?*
Quis benè dicentem Baſilum ferat? [g] *accipiat te*
Gallia, vel potiùs [h] *nutricula cauſidicorum*
Africa, ſi placuit mercedem imponere linguæ.
Declamare doces, ô [i] *ferrea pectora* [k] *Vecti,* 150
Cùm [l] *perimit ſævos* [m] *claſſis numeroſa tyrannos.*
Jam quæcunque ſedens modò legerat, hæc eadem ſtans
Proferet, atque [n] *eadem* [n] *cantabit verſibus iiſdem:*
Occidit miſeros [o] crambe repetita magiſtros.
Quis [p] *color, & quod ſit* [q] *cauſæ genus, atque ubi* [r] *ſumma*
Quæſtio, quæ veniant diverſâ parte [s] *ſagittæ,* 156
Scire volunt omnes, mercedem ſolvere nemo.
Mercedem appellas? quid enim ſcio? [u] culpa docentis
Scilicet arguitur, quod [w] lævâ in parte mamillæ
Nil ſalit [x] Arcadico juveni, *cujus mihi ſextâ* 160
Quâque die miſerum dirus caput [y] *Annibal implet.*
Quicquid id eſt, de quo deliberat, an petat urbem
A Cannis: an poſt nimbos & fulmina cautus
[z] *Circumagat madidas à tempeſtate cohortes.*
[aa] *Quantum vis ſtipulare, & protinus accipe, quod do,*
Ut toties illum [bb] *pater audiat. Aſt alii ſex* 166

a ---- Clientes non tam reſpicerent eloquentiam, quàm cenſus, faciem & comitatum oratoris, *the Lawyers port and train.* an illi lectica octophoros plena ipſo, &c.

b Clientes.

c Amici ante ambulones.

d Orator cauſidicus

e Annulo in quo hæc erat gemma.

f Tenui oratori producenti matrem in gravi cauſâ pro vitâ & ſalute filii ſupplicantem & miſericordiam moventem: quod fecit Cicero pro Fonteio.

g In Galliâ oratoriam exerceas, vel Africâ.

h Litigioſa. i Nullius laboris non patientiſſima. k O Rhetorum præceptor. l Perimendos declamat, alii de Dionyſio exponunt, qui de rege in hoc piſtrinum fuerit conjectus. m Diſcipulorum n Periodis & pronunciatione. o Eadem identidem ab eodem iiſdem inculcata, non ſine faſtidio enecat, non ſecus ac δὶς κεκμῶν θάνατος: recalefacta braſſica, & ad faſtidium repoſita. Quod enim de *Cambre* ingerunt Domitius, I. Scoppa & alii, ut ſit inſcriptio declamationis ex hiſtoriâ devictorum à Cumanis Capuanorum juxta Cambren oppidum Campaniæ, tortuoſum mihi & longè nimis peritum videtur: vide Angel. Politiani 33. c. Miſcell. p Ratio q Deliberativum, demonſtrativum aut judiciale. r Controverſiæ ſtatus. s Objectiones & argumenta adverſarii. *Metaphora.* t *Inquit diſcipulus.* u *Reſpondet magiſter.* w Cor ſtupidum eſt. x Pingui, hebeti, obtuſo, quales ſunt Arcades: teſte Philoſtrato l. 3 βραχυσέλινοι· *vel* aſinino: vide Perſ. Sat. 3 ℣. 9. y Obtundit me toties audita ad nauſeam illius declamatio de Annibale deliberante, an recens è Cannenſi victoriâ peteret urbem, ſuadente Maharbale & illi cœnam in Capitolio pollicente. z Reducat, cùm jam poſuiſſet caſtra ad tertium à Româ lapidem, deterritus fulmine & tempeſtate per dies tres. aa *Dicit diſpenſator, qui Rhetori diſcipulum tradit.* bb Perſ. Sat. 3. ℣. 47.

Vel plures uno conclamant ore ſophiſtæ,
Et veras agitant lites, [a] *raptore relicto:*
[b] *Fuſa venena ſilent,* [c] *malus ingratuſque maritus*
Et [d] *quæ jam veteres ſanant mortaria cæcos.*
Ergò [e] *ſibi dabit ipſe* [f] *rudem, ſi noſtra movebunt*
Conſilia, & vitæ diverſum iter ingredietur,
Ad * *pugnam qui rhetoricâ deſcendit ab* † *umbrâ,*
[g] *Summula nè pereat, quâ vilis* [h] *teſſera venit*
Frumenti: quippe hæc merces lautiſſima: [i] *tenta*
[k] *Chryſogonus quanti doceat, vel* [l] *Pollio quanti*
[l] *Lautorum pueros, artem* [m] *ſcindens* [n] *Theodori,*
Balnea [o] *ſexcentis, & pluris* [p] *porticus, in quâ*
Geſtetur dominus, quoties pluit: anne ſerenum
Exſpectet, ſpargatve luto jumenta recenti?
[q] *Hìc potiùs, namq; hìc mundæ* [r] *nitet ungula mulæ*
Parte aliâ longis [s] *Numidarum fulta columnis*
Surgat, & [t] *algentem rapiat cœnatio ſolem.*
Quanticunque domus, veniet [u] *qui fercula doctè*
Componit, veniet [w] *qui pulmentaria condit.*
Hos inter ſumptus ſeſtertia [x] *Quintiliano,*
Ut multum, duo ſufficient; res nulla minoris
Conſtabit patri, quàm filius: [y] *unde igitur tot*
Quintilianus habet ſaltus? exempla [z] *novorum*
Fatorum tranſi: 1 *felix, &* 2 *pulcher, &* 3 *acer,*
Felix, & ſapiens, & nobilis, & generoſus
Appoſitam [aa] *nigræ* [bb] *lunam ſubtexit* [cc] *alutæ:*
Felix, orator quoque maximus, & [dd] *jaculator,*

a Themate fictò de raptore: *de his vide Quintiliani declamationes & Senecæ controverſias.*
b Nec umbratili in ſchola accuſatione veneficii accuſant.
c Thema de ingrato marito: *& hæc de Medeâ & Jaſone exponi poſſunt.*
d Thema de novercâ veneficii privignum infimulante, quem offenderat miſcentem collyrium ad oculos patris ſanandos.
e *Poëta itaque ſuadet ſophiſtæ, ut & ipſe potius ſe conferat* * *ad veras cauſas forenſes ab* † *imaginariâ hâc & ſcholaſticâ ſophiſtarum exercitatione, quàm hujuſmodi perpetiatur* ἀχαριστίας *calumnias.* f Libertatis à Rhetoricâ, *Metaphora* à gladiatoribus qui donati ceſſant. g Merces minima. h Tabella lignea certâ notâ inſignita figuræ quadratæ: unde & nomen quandoque rotundæ, quo ſymbolo ab horreis publicis frumentum petas: *a ticket* i Quantulâ mercede. k Rhetor, ſophiſta. l Nobilium. m In minimâ menſâ quaſi dividens & ingerens præcepta Rhetorica. n Theodori Gadarei rhetoris. o Sexcenties nummis. p Sat. 4. ỳ. 6. q In porticu potiùs quàm plateâ. r Nitet luto ſpargitur. s E lapide Numidico, qui ad columnas optimus eſt. Horat. Od. 18. l. 2. *Columnas ultimâ receſſas Africâ.* t Triclinium hibernum, quod ſeptentrioni aut orienti objectum ſolem matutinum & opacam exciperet Arcton. u Structor. w Coquus. x Rhetori præceptori filii. y *Objectio*; unde igitur fuit Quintilianus tam dives? z *Reſpondet à fatis & fortunâ illi obtigerunt bona* 1 *fortunæ*, 2 *corporis* 3 *animi.* aa *Nam ut quiſque inſamus nigris medium impediit crus Pellibus.* Horat. Sat. lib. 1. ỳ. 27. Senatores primò calceos nigros induebant, poſtea cereos, galbeos, coccinos, &c. bb Senatorum calceis luna aſſuta erat ſc. literæ C. nota centenarii numeri Patriciorum à Romulo inſtitutorum. cc Calceo ex alutâ. dd Dialecticus, ſophiſta.

si perfrixit, cantat benè: distat enim, [b] *quæ*
ra te excipiant modò primos incipientem
re vagitus, & adhuc [c] *à matre rubentem.*
ortuna volet, fies de rhetore [d] *consul:*
olet hæc eadem, fies de consule [e] *rhetor.*
ntidius quid enim? quid [g] *Tullius? anne aliud quàm*
us, & occulti miranda potentia fati?
rvis regna dabunt [f] *captivis fata triumphos.*
ix [h] *ille tamen, corvo quoque rarior albo,*
enituit multos vanæ sterilisque [i] *cathedræ,*
ut [k] *Thrasymachi probat exitus, atque* [l] *Secundi*
inatis: & hunc inopem vidistis Athenæ,
prater gelidas ausæ conferre [m] *cicutas.*
[n] Dii majorum umbris tenuem, & sine pondere terram,
rantesque crocos, & in urnâ perpetuum ver,
ui præceptorem sancti voluere parentis
se loco: metuens virgæ jam grandis Achilles
antabat [p] *patriis in montibus: &* [q] *cui non tunc*
iceret risum citharœdi [r] *cauda magistri.*
ed Ruffum, atque alios cadit sua quæque juventus,
Ruffum, qui toties Ciceronem Allobroga dixit.
uis gremio [u] *Enceladi doctique* [w] *Palæmonis adfert,*
uantum grammaticus meruit labor? & [x] *tamen ex hoc*
uodcunque est (minus est autem quàm rhetoris æra)
Discipuli custos præmordet [y] *Acœnitus ipse,*
Et qui dispensat, [z] *frangit sibi:* [bb] *cede Palæmon,*

a Etsi quid peccatum sit, in illius tamen laudem vertetur, ut raucus ex frigore etiam benè cantare dicatur.
b Quod tibi nascenti fit θῆμα, & ὠδοσκόπος.
c A partu recenti, sanguine materno rubentem.
d Ut Cicero. Quintiliano autem ornamenta potiùs consularia, quàm insignia potestatis data, *refert Ausonius ad Gratianum.*
e *Valerius Licinianus prætorius, exul de senatore, Rhetor de oratore factus.* Plin. epist. 11. lib. 4.
f Ventidius assus è captivo & mulione ad prætoram, consulatum & triumphum ascendit. Val. Max. 6. c. 9. A. Gell. 15. 1. g Qui ex servâ natus Tarquinio Prisco in regno Romano successit. h Quintilianus sanè fex cui ex arte contigerunt divitiæ. i Rhetoricæ professionis, quam exercebant sedentes in cathedrâ. k Carthaginiensis, qui propter exiguam mercedem destitit à Rhetoricâ quam profiteri cœpisset. l Atheniensis, qui Rhetoricen professus à Caligulâ in exilium relegatus est, quòd per exercitationem in tyrannos perorâsset. m Vide Pers. Sat. 4. ỳ. 2. n Dii dent majorum nostrorum manibus & cineribus levem terram pertuò florentem, &c. vide quæ nos ad ultimum versum Hippolyti Senecæ 89. epig. i l. 1. Martial. & Pers. Sat. 1. ỳ 35. o Fidibus canere didicit. p Thessalis. q Et qui tunc grandis non risu contemnebat seem Centaurum. *al.* & quis non risisset? r Inferior Chironis Centauri pars. s Nunc autem Ruffum: i. e. præceptorem etiam pueri sui discipuli cædunt. t Satrium Ruffum Ciceronis æmulum, qui Ciceronem Gallicæ cujusdam eloquentiæ esse dixit. u Grammatici. w Rhemnii Palæmonis Grammatici, de quo Sat. 6. ỳ. 452. x Ex hâc mercedulâ. y Pædagogus aliquid diminuit, abradit. In nomine autem alludit ad Acœtum pædagogum, de quo Sueton. c. 35. Neron. z Oeconomus, dispensator. aa Sibi aliquid præcidit. bb *Some abatements.*

Et patere inde aliquid decreſcere: (non aliter, qu
Inſtitor hyberna tegetis, niveique cadurci:)
Dummodò non pereat, mediâ quòd noctis ab ho
Sediſti, quâ nemo faber, quâ nemo ſedebat,
Qui docet obliquo lanam deducere ferro:
Dummodò non pereat totidem olfeciſſe lucernas,
Quot ſtabant pueri, cùm totus decolor eſſet
Flaccus, & hæreret nigro fuligo Maroni.
Rara tamen merces, quæ cognitione tribuni
Non egeat: ſed vos ſævas imponite leges,
Ut præceptori verborum regula conſtet,
Ut legat hiſtorias, autores noverit omnes
Tanquam ungues digitoſque ſuos, ut fortè rogatus
Dum petit aut thermas, aut Phœbi balnea, k d
Nutricem Anchiſæ, nomen patriamque noveru
Anchemoli; dicat quot Aceſtes vixerit annos,
Quot Siculus Phrygibus vini donaverit urnas.
Exigite, ut mores teneros ceu pollice ducat,
Ut ſi quis cerâ vultum facit: exigite, ut ſit
Et pater ipſius cœtûs, nè turpia ludant,
Nè faciant vicibus: non eſt leve tot puerorum
Obſervare manus oculoſq; in fine trementes
Hæc, inquit, cures; & cùm ſe verterit annu
Accipe victori populus quod poſtulat aurum.

a Supple, patitur ſibi de primo pretio indicto aliquid detrahi.
b Dum aliquid mercedis habeas.
c Carminator.
d *Sordid.* Fuligine, vel manuum contrectatione
e Horatii opus.
f Virgilij operi.
g Lite coram tribuno ærario, cui de minoribus cauſis cognoſcendi et judicandi jus erat.
h Ironicè dictum in Romanos divites, qui tametſi exiguum minerval præceptoribus pende-

rent, multis tamen iiſque inutilibus quæſtionibus eos excarnificaba
i Balneatoris. k Hujuſmodi quæſtionibus Grammaticos vexare ſolé
Tiberius Nero. *Suetonium* vide & *A. Gellium* 14. 6. & *Senec. epiſt.* 8
l Nomen nutricis Anchiſæ, de quâ nihil conſtat. m Ex Æneid.
quam Servius Caſperiam nominat. n Quia *ſenior*
Siciliæ rex. p Quia, *cadis onerârat Aceſtes.* Æn. i ỳ. 199.
diſcipulos induat affectum. Quint. 2. 2. r Agant & patiantur.
præputia ducant: μαξεωποὶ. t In fine libidinis & mollitèr natantes.
ut quidam legunt, *patrantes.* u Pater. w Finito anno. x Levem m
cedem, utpote Lucanos aureos quinque, quos populus in ludis ſcenic
dari poſtulabat ab eo, qui ſpectacula exhibebat. Capitolinus Antoni
Lucianus in Icaromenippo deridet tragicos ἑπλὰ δραχμῶν ἐς τὸν ἀγῶν
μεμισθωμένους· videor tamen mihi poſſe me hoc interpretari, nec inepté
auro, quod aurigis victoribus, vel ipſis equis poſtulari moris erat à p
pulo in Circo, quaſi dicat, Annua Grammatici merces non excedit ſum
mam auri, quod datur aurigæ pro unius horæ operâ: vide Martiali
epigramma 74. lib. 10. & Bulenger. de Circo, cap. 34. de præmiis a
rigarum: & Xiphilin. in Heliogabalo: quem ἐθεώνλο ἁρμαληλατῆνλα, a
χρυσὲς, ὥσπερ τινα τῶν τυχόνλων, ἀτῆνλα.

SATYRA VIII.

Veram nobilitatem non traducem à majoribus derivari, verùm in ſuâ virtute ſitam eſſe, fruſtrà oſtentari fumoſas parentum imagines, ſi ipſi in ignavos, falſarios, ganeones, mimos, & gladiatores per omnem turpitudinem degenerârint.

STemmata quid faciunt? quid prodeſt, Pontice, longo
Sanguine cenſeri, pictoſque oſtendere vultus
Majorum, & [b] ſtantes in curribus Æmilianos,
Et [c] Curios jam dimidios, [d] humeroſque minorem
Arvinum, & [e] Galbam auriculis naſoque carentem?
Quis fructus generis tabulâ jactare capaci
Arvinum, & poſthàc multâ deducere [f] virgâ
Fumoſos equitum cum dictatore magiſtros;
Si coram [g] Lepidis malè vivitur? [e] effigies quò
Tot bellatorum, ſi luditur alea pernox
Ante [g] Numantinos; ſi dormire incipis [h] ortu
Luciferi, quo ſigna duces & caſtra movebant?
Cur Allobrogicis & magnâ gaudeat arâ
Natus in Herculeo [i] Fabius Lare, ſi cupidus, ſi
Janus, & [k] Euganeâ quantumvis mollior agnâ?
Si [l] tenerum attritus [m] Catinenſi pumice lumbum,
Squallentes [n] traducit avos, [p] emptorque veneni
Frangendâ miſeram [r] funeſtat imagine gentem?
Tota licèt veteres exornent undique [s] ceræ

a Gradus generis, vel lineæ quæ ad pictas imagines tanquam rami ex ſtirpe diſcurrunt. Plin. lib. 35. cap. 2.
b Statuas triumphales Æmilianorum.
c Statuas nobilium vetuſtate diminutas & exeſas.
d Statuas equitum temporis edacitate imminutas.
e Quid mihi tu (immemor virtutis majorum, cujus tibi hæc monimenta legenti memoria erat ſubjicienda) jactas genus tuum & familiam amplâ tabulâ Genealogicâ deſcriptam, & veteres jamque fumo ſituque obſitas imagines majorum tuorum, quorum alii Dictatores, alii Magiſtri equitum fuere. Alii legunt *Famoſos*: præfero *Fumoſos*: ſic enim Cicero in Piſonem *fumoſas* dixit *imagines*: & Seneca epiſtolis. f Radio, quo ordinem generis indicat. Alii virgarum faſces majoribus ſuis prælatas intelligunt. Ego ramos & virgas ex ſtirpe diſcurrentes ſignificari arbitror, ut notatum ſuprà. g Imaginibus clariſſimorum majorum, quales fuere Æmilius Lepidus, & Scipio Æmilianus, qui Numantinus & Africanus cognominatus eſt. h Manè ſummo. i Cur titulos Fabii Maximi, qui Allobrogas devicit, uſurpet, & originem gentis ſuæ ab Hercule ductam glorietur Fabius Perficus filius, cui ob fluxum à Prætore Urbano paternis bonis interdictum? Valerius Max. 3. 5. & Senec. 4. de Beneficiis 30. k Veneta vel Altina: lanarum autem mollitie laudantur Altinates oves. l Lævigatum & glabrum. m Quales Ætna excoquit vel evomit: eſt autem Catina urbs Siciliæ ad radicem Ætnæ poſita. n Pilis horridos: μὴ δεωπαχιζομένους. o Dedecorat. Θεολοίζει. Polyb. παραδηγματίζει. Metaphora, à noxiis per forum traductis: vide quæ ad Martial. epigr. 4. lib. ſpect. b. p Veneficus. q Non ponenda cum aliis: ſi quis autem gravis criminis convictus eſſet, & ſtatua ejus frangebatur. Sat. 10. ℣. 58. r Polluit. s Cereæ imagines.

Atria; Nobilitas ſola eſt, atque unica virtus.
[a] *Paulus, vel* [b] *Coſſus, vel* [c] *Druſus moribus eſto:*
[d] *Hos ante effigies majorum pone tuorum:*
Præcedant ipſas illi, te conſule, [e] *virgas.*
Prima mihi debes animi bona, *ſanctus haberi*
Juſtitiaque tenax factis dictiſque mereris.
Agnoſco [f] *procerem:* & *ſalve Getulice, ſeu tu*
Silanus, quocunque alio de ſanguine, rarus
Civis & egregius patriæ contingis [h] *ovanti.*
Exclamare libet, [i] *populus quod clamat Oſiri*
Invento: quis enim generoſum dixerit hunc, qui
Indignus genere, & præclaro nomine tantùm
Inſignis? [k] *nanum cujuſdam Atlanta vocamus;*
Æthiopem [l] *cygnum; parvam* [m] *extortamq; puellam*
[n] *Europen;* [o] *tanibus pigris, ſcabieque vetuſtâ*
Lævibus, & ſiccæ lambentibus ora lucernæ,
Nomen erit pardus, tigris, leo; ſi quid adhuc eſt,
Quod fremat in terris violentiùs: ergò cavebis,
Et metues, [p] *nè tu ſic Creticus, aut Camerinus.*
His ego quem monui? tecum eſt mihi ſermo, [q] *Rubelli*
Plance, tumes alto Druſorum ſanguine, tanquam
Feceris ipſe aliquid propter quod nobilis eſſes,
Ut te conciperet, [r] *quæ ſanguine fulget Iuli;*
[s] *Non quæ ventoſo conducta ſub aëre texit.*
Vos humiles, inquit, vulgi pars ultima noſtri,
Quarum nemo queat patriam monſtrare parentis.
Aſt ego, [t] *Cecropides:* [u] *vivas, & originis hujus*

a P. Æmilius.
b Cornelius Coſſus, qui Volumnio rege Vejentium occiſo, ſecunda ſpolia opima tulit: *vel*, Coſſus qui ſub Auguſto Getulos domuit: quia ſequitur, *ſalve Getulice.*
c Claudius qui ex hoſtium duce Druſo cominùs trucidato nomen reportavit.
d Mores.
e Lictorum: i. e. conſulatum & honores præcedant mores priſci & ſancti.
f Te eſſe verè nobilem.
g Verè triumphans & nobilis, ac ſi eſſes Coſſus Getulicus (ſuprà notâ b) ſive Silanus, quocunque ortus es ſanguine.
h De te præclaro & bene merito cive.
i Non minori lætitiâ quàm Ægyptii exultant, ubi invenerint Apim bovem, qui Oſiridem: i. e. frumenti lationem, repræſentet: exclamantes εὑρήκαμεν, συγχάιρομεν. Athenagoras Orator in legatione pro Chriſtianis.
k Sic Ironicè & κατ' ἀντίφρασιν nanum nobili cuipiam in deliciis vocamus Atlantem, qui gigas fuit, frater Promethei rex Mauritaniæ, in montem converſus, ut fabulantur: vide quæ ad Martial. epigr. 77. l. 6. f. vide & Politian. Miſcellan. c. 33.
l Album.
m Incurvam, gibboſam.
n Proceram & erectam, qualis fuit Europa à Jove tauro rapta.
o Aut ſi quis canes tardos ſcabie depilatos & λιχνοῦντας dicat pardos, tigres, leones, & ſi quid illis ferocius nobiliuſve.
p Nè tu ſc. i. e. ironicè dicaris Creticus, &c. ſpecie & nomine quidem nobilis, ut Creticus, Sat. 2. ỳ 67. & Camerinus 7. ỳ 90. reverà ignobilis & degener.
q Cui nobilitas per matrem ex Juliâ familiâ pari, ac Nostro, gradu. *Sit ante oculos Nero, quem longâ Cæſarum ſerie tumentem*, &c. Tac. Hiſt. 1.
r Nobilis matrona è gente Juliâ.
s Non plebeam quæ ſub dio (alii legunt *Aegere*: ut ſit agger Tarquinii, ubi plebeiæ mulieres texere ſolebant) texit. Ptolemæus Flavius conjectaneorum cap. 1. *ſub aëre* exponit in atrio ubi exercebant textrinam priſcæ.
t Romulida, indigena, Juliâ familiâ oriundus, ut Athenienſes nobiliſſimi à Cecrope rege primo.
u *Reſpondet Rubellio Poeta, Ironia.*

Gaudia

audia longa feras: tamen imâ plebe Quiritem
ucundum invenies: ſolet hic defendere cauſas
obilis indocti: veniet de plebe [a] *togatâ,*
Qui juris nodos, & legum ænigmata ſolvat.
Hic petit [d] *Euphraten juvenis,* [e] *domitique Batavi*
uſtodes aquilas, armis induſtrius: at tu
il niſi [f] *Cecropides,* [g] *truncoque ſimillimus Hermæ:*
ullo quippe alio vincis diſcrimine, quàm quòd
li marmoreum caput eſt, tua vivit imago.
Dic mihi, [h] *Teucrorum proles,* animalia muta
Quis generoſâ putet nisi fortia? nempe volucrem
Hic laudamus equum, [i] *facili cui plurima palma*
ervet, & exultat [k] *rauco victoria* [l] *circo.*
obilis hic quocunque venit de [m] *gramine, cujus*
lara fuga ante alios, & [n] *primus in æquore pulvis.*
Sed venale pecus Corythæ, poſteritas &
Hirpini, ſi rara jugo victoria ſedit.
il ibi majorum reſpectus, gratia nulla
Umbrarum, [q] *dominos pretiis mutare jubentur*
Exigui, [r] **tritoque trahunt epirhedia collo*
egnipedes, dignique † molam verſare Nepotis.
Ergò ut miremur [s] te, [s] non tua, primùm aliquid da,
Quod poſſim titulis incidere præter honores,
Quos illis damus & dedimus, [t] quibus omnia debes.
Hæc ſatìs ad juvenem, quem nobis fama ſuperbum
Tradit, & inflatum, plenumque [w] *Nerone propinquo.*
Rarus enim fermè ſenſus communis in [x] illâ
Fortunâ: *ſed te cenſeri laude tuorum,*

a Imâ & vili. b Juris peritus. c Alii de plebe ad militiam in extremis Romani imperii finibus proficiſcuntur contra Parthos & Germanos. d Flumen Meſopotamiæ. quod è Niphate majoris Armeniæ monte naſcitur. e Præſidia poſita ad coërcendos, nè rebellent, Belgas illos *Hollanders*; nuper à Domitiano domitos. f Genere ſpecioſus, Romulidam te jactans, uti ſe Cecropidas Athenienſes. g Mercurii ſtatuæ, quæ capite qui. dem erant marmoreæ & formatæ, cætera trunci

ndes & inutile lignum. h O Rubelli, qui te Julio Cæſare, Iulo & Teucris fatum jactas. i Facili ad curſum & veloci. k Propter clamorem, *vel* ſonoro. l Spectante & ſtudioſè acclamante populo in Circo. m Paſcuo, agro, regione. Alii legunt *Germine*. n Pedibus pulverem in Circo movens cæteros curſu prævertitur. o Equi contrà, etiam generoſiſſimâ equâ Corythâ & victore equo Hirpino nati non æſtimantur, ſed venduntur ſi degeneres ſint & rarò curuli certamine vincant. p Mortuorum majorum Hirpini & Corythæ. *Catachreſis*. Hârpinnæ equi curulis Oenomai meminit Lycophron. q Vili venduntur * rhedariis & † molitoribus, Nepos nomen molitoris. r Tuas virtutes quæ in te ſunt. s Non majores qui extra te. t Ex quorum honoribus totus pendes, quum per te nihil laude dignum habeas. u Atque hæc ſufficiant obitèr & per digreſſionem dicta Rubellio. w Unde potiùs erubeſcendum erat. *Nero autem ipſe & à Juliâ familiâ originem duxit.* x Nobili & amplâ. *Stultitiam patiuntur opes.*

Pontice, noluerim, ſicut nihil ipſe futura
Laudis agas: miſerum eſt aliorum incumbere famæ,
Ne collapſa ruant ſubductis [a] tecta [b] columnis,
[c] *Stratus humi palmes* [d] *viduas deſiderat ulmos.*
Eſto bonus miles, tutor bonus, arbiter idem
Integer, ambiguæ ſi quando citabere teſtis
Incertaque rei: [e] *Phalaris licèt imperet, ut ſis*
Falſus, [f] *& admoto dictet perjuria tauro,*
Summum crede nefas animam præferre pudori,
Et propter vitam vivendi perdere [g] cauſas.
[h] Dignus morte perit, cœnet licèt oſtrea centum,
[i] Gaurana, & [k] Coſmi [l] toto mergatur aheno.
[m] *Expectata diu tandem provincia cùm te*
Rectorem accipiet, pone iræ frœna modumque,
Pone & avaritiæ, miſerere inopum [n] *ſociorum:*
[o] *Oſſa vides regum vacuis exhauſta medullis.*
Reſpice quid moneant leges, quid curia mandet,
Præmia quanta bonos maneant, quàm [p] *fulmine juſto*
Et [q] *Capito &* [r] *Tutor ruerint, damnante ſenatu,*
[s] *Piratæ Cilicum:* [t] *ſed quid damnatio confert,*
Cùm [u] *Panſa eripiat, quicquid tibi* [w] *Natta reliquit?*
Præconem, [x] *Chœrippe, tuis circumſpice* [y] *pannis;*
Famq; tace, furor eſt [z] poſt omnia perdere naulum.
Non idem gemitus olim, nec vulnus erat par
Damnorum, ſociis florentibus, & modò victis:
Plena domus tunc omnis, & ingens ſtabat acervus
Nummorum, [aa] *Spartana chlamys,* [bb] *conchylia* (cu-
Et cum [cc] *Parrhaſij tabulis, ſigniſque* [dd] *Myronis,*

a *Alleg.* gloria tua. b Meritis & honore majorum. c Utque vitis ad terram cadit niſi ſuſtentetur, ita & tu contemneris ac peribis, amotis majorum laudibus: *vel,* ut vitis ſuſtentanda eſt ulmis nè humi jaceat, ita & tu virtute tuâ. d Quibus maritetur vitis ac innitatur: ex ſympathiâ vitis, cum ulmo. *Tibi vitis in ulmo eſt. Virg.* 2. *Eclog.* e Tyrannus: fuit autem Phalaris Agrigentinorum tyrannus. f Velitque te ad perjurium adigere, minitatus tibi taurum aheneum: vide Perſii Sat. 3. ỳ. 39. g Virtutem, veritatem, honeſtatem, bonam conſcientiam, &c. h Sceleris ſibi conſcius, utut vivere videtur, periit. i Lucrina, Gaurus mons eſt Campaniæ maritimus prope lacum Lucrinum, ubi optima oſtrea. k Unguentarii vel luxurioſi. l Unguentis pleno. m Expectata & expetita tibi. n Provincialium, ſociorum populi Romani. o Reges à præfectis exhauſtos & fortunis omnibus exutos. p Vindicta & pœna. q Capito Coſſutianus damnatus repetundarum, quòd Ciliciam, cui præfuerat, ſpoliâſſet. r Julius Tutor item damnatus, quòd eandem provinciam rapinis vexâſſet. s Et ipſorum piratarum ſpoliatores. t Sat. 1. 47. u Poſterior præfectus: vel ærarium publicum. w Præfectus prior. x O provincialis. y Qui vendat etiam pannos tuos, nè ſit quo te ſpoliet novus præfectus. z Dum Romam navigas præfectum accuſaturus, quo etiam damnato nihil tibi ex tuis redit, verùm in ærarium infertur. aa Tincta purpura è muricibus, qui capiuntur circa Tænarum Laconicæ regionis promontorium. bb Veſtimenta tincta Conchyliis in Cô inſulâ captis. *Conchylia autem ſeu purpuræ florem illum tingendis expetitum veſtibus, in mediis habent faucibus. Liquoris hic minimi eſt in candidâ venâ, &c.* Plin. l. 9 c. 36. cc Pictoris. dd Statuarii.

a *Phidi-*

[a] *Phidiacum vivebat ebur, nec non* [a] *Polycleti*
Multus ubique labor: [b] *rara ſine Mentore Menſæ.*
[c] *Inde* [d] *Dolabella eſt, atque hinc* [e] *Antonius, inde*
[f] *Sacrilegus* [g] *Verres, referebant navibus altis*
Occulta ſpolia, & [h] *plures de pace triumphos.*
Nunc ſociis juga pauca boum & grex parvus equarum,
Et [i] *pater armenti capto eripietur agello:*
Ipſi deinde lares, ſi quod ſpectabile ſignum,
Si quis in ædiculâ deus unicus; [k] *hæc etenim ſunt*
Pro ſummis, nam ſunt hæc maxima: deſpicias tu
Forſitan [l] *imbelles Rhodios,* [m] *unctamque Corinthum,*
Deſpicias meritò: quid [n] *reſinata juventus,*
Cruraque totius facient tibi lævia gentis:
Horrida [o] *vitanda eſt Hiſpania,* [p] *Gallicus axis,*
[q] *Illyricumque latus: parce &* [r] *meſſoribus illis,*
Qui ſaturant [s] *urbem* [t] *circo ſcenæque vacantem.*
Quanta autem inde feres tam diræ præmia [u] *culpæ,*
Cùm tenues nuper [w] *Marius diſcinxerit Afros?*
Curandum imprimìs nè magna injuria fiat
[x] *Fortibus, & miſeris: tollas licèt omne quod uſquam*
Auri atque argenti, ſcutum gladiumque relinques,
Et jacula & galeam: ſpoliatis arma ſuperſunt.
[y] *Quod modò propoſui non eſt ſententia, verùm*
Credite me vobis folium recitare Sibyllæ.
Si tibi ſancta cohors [z] *comitum, ſi nemo tribunal*
[aa] *Vendit* [bb] *acerſecomes, ſi nullum in conjuge crimen,*
Nec per [cc] *conventus, nec cuncta per oppida curvis*

a A Phidiâ tam affabrè ſculptum, ut vivere videretur.
b In quâ non erant pocula à Mentore cœlata.
c Primi illi Præfecti Provincialibus nuper victis & ſocietate Romanâ donatis, integras & intactas relinquebant opes, tabulas, ſtatuas, opera nobilium artificum: Quæ tamen omnia Præfectorum ſecunda quaſi progenies, Dolabella, Antonius, Verres, &c. evertebant: Tertia verò progenies & hujus ætatis præfecti ipſos boves, equos, & agros provincialibus eripiunt. d Quem Scaurus accuſavit damnavitque quòd Aſiam proconſul ſpoliâſſet. e Senatu motus, quòd Achaiam deprædatus eſſet. f Qui nec ſacris parcebat. g Siciliæ prætor & prædo. h Quàm alii de bello. i Taurus, vel equus admiſſarius. k Meliùs conveniunt ſummis viris Romanis. Ironicè. *vel*, hæc jam utcunque tenuia pro ſummis habentur à pauperibus, quibus reliqua ſunt hæc ut maxima. l Molles. Sat. 6. 296. m Unguentis delibutam, luxurioſam. n Reſinâ lævigata: ξηραχιζομένη. Clem Alex. 3. Pædag. καλαπιλομένη. o Non laceſſenda rapinis Prætoris. p Galli è rhedis pugnantes: *vel*. Gallia regio, quæ à Româ ad axem Arcticum vergit. q Illyrii, qui littus dextrum maris Adriatici incolunt, Sclavoniam, Germ. *Windenlant*. r Afris. s Romam. t Circenſibus ludis & theatralibus prorſus indulgentem. u Spoliationis, w Marius Priſcus. Sat. 1. ỳ. 49. x Fortibus iiſdemque miſeris factis, qui injuriarum tandem ultionem cogitabunt. y Digreſſus ſum ab inſtituto veræ nobilitatis characteriſmo: quæ tamen levitèr tetigi, non minùs vera ſunt quàm oracula quæ foliis inſcripſit Sibylla. z Amicorum & domeſticorum. aa Corruptus corrumpit. bb Catamitus intonſus ex α & κείρω & κόμη. cc Loca in quibus populi provinciæ à magiſtratibus juridicis, teque adeò prætore, juris dicendi gratiâ congregantur.

Unguibus ire parat nummos raptura [a] *Celæno:*
Tunc licet à [b] *Pico numeres genus, altaque si te*
Nomina delectant, omnem [c] *Titanida pugnam*
Inter majores ipſumque [d] *Promethea ponas:*
De quocunque voles proavum tibi ſumito [e] *libro.*
Quòd ſi præcipitem rapit ambitus, atque libido,
Si frangis virgas ſociorum in ſanguine, ſi te
Delectent hebetes laſſo lictore ſecures:
Incipit ipſorum contra te ſtare parentum
Nobilitas, [f] *claramque facem præferre pudendis.*
Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur.
[g] *Quò mihi te ſolitum falſas ſignare tabellas*
In templis, [h] *quæ fecit avus, ſtatuamque parentis*
Ante triumphalem? quò, ſi nocturnus adulter
Tempora [i] *Santonico velas adoperta cucullo?*
Præter [k] *Majorum cineres, atque oſſa volucri*
Carpento rapitur pinguis [l] *Damaſippus, & ipſe,*
Ipſe rotam ſtringit multo [m] *ſufflamine conſul:*
Nocte quidem; ſed luna videt, ſed ſydera teſtes
Intendunt oculos: finitum tempus [n] *honoris*
Cùm fuerit, clarâ Damaſippus luce flagellum
Sumet, & occurſum nuſquam trepidabit amici
[o] *Jam ſenis, ac virgâ prior innuet, atque* [p] *maniplos*
Solvet, & infundet jumentis hordea laſſis.
Interèa dum [q] *lanatas torumque juvencum*
More Numæ cædit Jovis ante altaria, jurat
[r] *Hipponam, &* [s] *facies olida ad præſepia pictas.*
Sed cùm pervigiles placet [t] *inſtaurare popinas,*
Obvius aſſiduo [u] *Syrophœnix udus amomo*

a Uxor, velut Harpyia. Æn. 3. ỳ. 365. *vel*, avaritia tua. Rationes Severi Cecinnæ ſuadentis, nè quem magiſtratum, cui provincia obveniſſet, uxor comitaretur: vide apud Tacitum 3. Annalium.

b Primo Aboriginum rege. Fauni patre. Saturni filio.

c Ipſos Titanas θεομάχους.

d Japeti & Clymenes filium Deucalionis patrem.

e Scriptore, *vel*, hiſtoriâ.

f Ut turpitudo tua eò clariùs appareat, quò illuſtrior eſt tua nobilitas.

g Quorſum te nobilem jactas? &c.

h *Emphaticè & appoſitè: tu falſarius, ille religioſus.*

i Quo Santones Galliæ populi tuntur. k Viam Flaminiam Sat. 1. ỳ 170. l Nobilis quiſpiam aurigandi ſtudioſus: *nomen fictum*: quaſi equorum domitor, Hippodamas. m Retinaculo, quod per radios rotarum immiſſum currum in deſcenſu ſiſtit: quod Herodes Atticus περιχοπίδην appellavit, Simariſtus ὀχοπέδην, referente Athenæo, l. 3. c. 21. n Conſulatûs. o Gravis Senatoris, cujus authoritatem ætatemque reverentiæ & pudori fuiſſe æquum erat. p Jugales, *vel* Faſciculos fœni. q Oves. r Jumentorum & mulionum deam, tanquam numen maximè ſibi venerandum, quodque ſibi propitium velit. Eponam vocat Prudentius in Apotheoſi, & Plutarch. in Parallelis. s Imagines ejuſdem deæ atque aliorum ejuſmodi numinum, quæ equis præſunt. t Intermiſsâ aurigatione repetere popinas. u Unguentarius, nomen fictum ex Syriâ & Phœniciâ unde mittuntur unguenta & odores. Quin & Bacchum Lucianus in θεῶν ἐκκλησίᾳ appellat Συροφοινικὸς τινα ἐμπόρον τὸν Κάδμον Θυωλεώδη.

Currit; [a] *Idumæa Syrophœnix incolâ portæ*
Hoſpitis affectu dominum regemque ſalutat,
Et cum venali [b] *Cyane ſuccincta* [c] *lagenâ.*
Defenſor culpæ dicet mihi: fecimus & nos
Hæc juvenes: [d] *eſto: deſiſti nempe, nec ultra*
Foviſti errorem: breve ſit quod turpiter audes.
Quædam cum primâ reſecentur crimina * barbâ:
Indulge veniam pueris. [e] *Damaſippus ad illos*
Thermarum calices, [f] *inſcriptaque lintea vadit,*
[g] *Maturus bello Armeniæ, Syriæque tuendis*
[h] *Amnibus, &* [i] *Rheno, atq; Istro; præſtare* [k] *Neronem*
Securum valet hæc ætas: [l] *mitte Oſtia, Cæſar;*
Mitte, ſed in magnâ legatum quære popinâ.
Invenies aliquo cum [m] *percuſſore jacentem*
Permiſtum nautis, aut furibus, aut fugitivis,
Inter carnifices, & fabros [n] *ſandapilarum,*
Et [o] *reſupinati ceſſantia tympana* [p] *Galli:*
Æqua ibi libertas, communia pocula, lectus
Non alius cuiquam, nec menſa remotior ulli.
Quid facies talem ſortitus Pontice ſervum?
Nempe in [q] *Lucanos, aut Thuſca* [r] *ergaſtula mittas.*
At vos [s] Trojugenæ vobis ignoſcitis, & quæ
Turpia [t] cerdoni, [u] Voleſos, [u] Brutoſq; decebunt.
Quid, ſi unquam adeò fœdis, adeóque pudendis
Utimur exemplis, ut non pejora ſuperſint?
Conſumptis opibus vocem, Damaſippe, locâſti
[w] *Sipario, clamoſum ageres ut* [x] *Phaſma Catulli:*
[y] *Laureolum* [z] *Velox etiam bene Lentulus egit,*

a Judææ portæ Romæ ſic dictæ, quod per eam Veſpaſianus & Titus de Judæis triumphantes ingreſſi ſunt: eſt autem Idumæa Syriæ pars Judææ vicina.
b Popinaria, tabernaria.
c Vini.
d *Reſpondet.*
* Quæ reſecta ponebatur primum anno ætatis viceſimo.
e Sed Damaſippus.
f Vela popinis & thermis, quæ promiſcuè cum lupanaribus confunduntur, oppanſa: eaque ut plurimum lintea & acu picta, qualia viſuntur in Italiâ & Hiſpaniâ, niſi per *inſcripta* melius intelligamus inſcriptionem rerum ibi venalium, ſeu meretricum in cellis proſtantium, ut, *titulum mentita Lyciſcæ:* vide quæ adnotata ad ℣. 124. & 125. Sat. 6.
g Jam vir. militiæ habilis.
h Euphrati & Oronti, id eſt. ad prohibendos hoſtes, nè incurſionibus Syriam infeſtent.
i Nè incurſent hoſtes in haſce provincias, *vel*, nè deficiant Galli aut Germani horum fluviorum accolæ.
k Imperatorem.
l An tibi opus eſt nobili viro, ô Cæſar, quem mittas ad Oſtia Tiberis, ut ibi navim conſcendat cum mandatis & legatione? ſi opus ſit, quære legatum in popinâ.
m Sicario.
n Feretrorum, quibus vilium perſonarum & damnatorum corpora efferebantur.
o Ignavi: *vel* ebrii.
p Sacerdotis Cybeles.
q Agros Lucanos in Etruriâ, ubi vinctus fodiat.
r In quibus ſervi in compedibus opus faciunt.
s Nobiles Romani qui à Trojanis originem deducitis.
t Vili & ignobili.
u Nobiles.
w Ludis ſcenicis: eſt enim Siparium aulæum ſeu velum ſub quo latent mimi.
x Fabulam dictam Phaſma, id eſt, ſpectrum, à Catullo mimographo ſcriptam.
y Partem Laureoli, qui in fabulâ à Nævio vel Laberio ſcriptâ cruci affigitur, de quo Martial. lib. ſpectaculorum epigr. 7.
z Lentulus Velox Nobilis.

Judice

Judice me dignus verâ cruce: nec tamen ipſi
Ignoſcas [a] *populo: populi frons durior hujus*
Qui ſedet, & ſpectat [b] *triſcurria patriciorum,*
[c] *Planipedes audit* [d] *Fabios, ridere poteſt qui*
[e] *Mamercorum* * *alapas: quanti ſua funera vendant,*
Quid refert? vendunt [f] *nullo cogente Nerone,*
Nec dubitant [g] *celſi prætoris vendere ludis.*
[h] *Finge tamen gladios inde, atque hinc pulpita pone,*
Quid ſatius? ſi [i] *mortem ſic quiſquam exhorruit ut* [k] *ſit*
Zelotypus Thymeles, ſtupidi collega [l] *Corinthi?*
[m] **Res haud mira tamen, citharœdo principe mimus**
Nobilis: *hæc ultra quid erit niſi ludus? & illic*
Dedecus urbis habes, nec [n] *Myrmillonis in armis,*
Nec clypeo [o] *Gracchum pugnantem, aut* [p] *falce ſupinâ,*
(Damnat enim tales habitus, & damnat & odit)
Nec galeâ frontem abſcondit; [q] *movet ecce tridentem,*
Poſtquam libratâ pendentia retia dextrâ
[r] *Nequicquam effudit, nudum ad* [s] *ſpectacula vultum*
Erigit, & totâ fugit agnoſcendus arenâ.
[t] *Credamus tunicæ, de faucibus aurea cùm ſe*
Porrigat, & longo jactetur ſpira galero.
Ergo [u] *ignominiam graviorem pertulit omni*
Vulnere, cum Graccho juſſus pugnare ſecutor.

a Qui hæc nobilium dedecora ſuſtinet ſpectare non ſine applauſu: hujus rei fœdam & indignam impudentiam vide, ſi vacat, egregiè depictam à Xiphilino, in ſpectaculis à Nerone in honorem matris Agrippinæ editis: l. 6.

b Extremè ſcurrilia. Joſ. Scal. ad Catullum legit *tranſcurria*, & vult poëtam innuere patricios *Tranſiſſe ad ſcurras*: i. e. orcheſtram.

c Comœdos planis i. e. nudis pedibus agentes. d Nobiles. e Nobilium, qui paraſitorum plagipatidarum vel ſervorum partes ſuſtinentes alapis cæduntur à domino mimo, ut Panniculus à Latino: vide Martial. ep. 72. lib. 2. & ep. 62. lib. 5. * Inſuper contumeliis alaparum ſic os objicit, quaſi de præcepto domini ludat. Tertull. de ſpectaculis. Ictibus infelix facies locatur, ut infelicior venter ſaginetur. Cyprian. f Domitiano non cogente eos, ut fecit Nero, qui in arenam deſcendere juſſit 400 Senatores. 600 equites, quadringentos tamen apud Suetonium falsò exſcriptum pro quadragenos ſuſpicatur Lipſius 2. Saturn. 3. ut & ſexcentos, &c in Nerone c. 12. Sed & Xiphilinus de hiſce ſpectaculis: καὶ εἶδον οἱ τότε ἄνθρωποι τὰ γενόμενα μεγάλα, τὰς Φαείνας, τὰς Φαβίας, τὰς Πορκίας, &c. g In ſublimi curru ſedentis, ut ludos, quos præbet, diſponat. Sat. 10. ỳ 36. h Proponatur ex hâc parte gladiatura, ex illâ ſcenicâ: utra harum eligenda? annon illa potius ſubeunda vel ſi opus ſit ----i---- Gladio mori: potiùs quàm----k----Agat partes Latini Zel. Thymeles: i. e. cantatricis: de quibus 1 Sat. ỳ. 36 l Mimi, hiſtrionis. m Ordo eſt, nobilis tamen mimus eſt res haud mira principe citharœdo: i. e. cum Nero ſit citharœdus. n Vide Sat. 2. ỳ. 143. o Nobilem. p Quâ utitur Myrmillo. Harpe Thrace: i. e. gladio incurvo ſeu ſicâ, ut Retiarius fuſcinâ ſeu tridenti, & reti. q Retiarius eſſe vult (qui ſolus ex gladiatoribus apertâ facie pugnabat) ut videatur & cognoſcatur. r Et erravit, nec adverſarium irretivit, s Spectatores. t Agnoſcamus Senatorium gladiatorem ex tunicâ, quæ apparet latis clavis aureis diſtincta, atque ex aureâ faſciâ, quâ galerus ſub mento redimitur. u Deriſus à ſpectatoribus, quòd peritus Myrmillo imperitum nobilem ſuperârit.

Libera

Libera ſi dentur populo ſuffragia, quis tam
Perditus, ut dubitet [a] *Senecam præferre* [b] *Neroni?*
Cujus ſupplicio [c] *non debuit una parari*
[d] *Simia, nec ſerpens unus, nec culeus unus.*
Par [e] *Agamemnonidæ crimen, ſed cauſa facit rem*
Diſſimilem: quippe [f] *ille deis authoribus ultor*
[g] *Patris erat cæſi* [h] *media inter pocula; ſed nec*
[i] *Electræ jugulo ſe polluit, aut* [k] *Spartani*
Sanguine [k] *conjugii: nullis aconita propinquis*
Miſcuit, [m] *in ſcenâ nunquam cantavit Oreſtes,*
[m] *Troïca non ſcripſit: quid enim* [n] *Virginius armis*
Debuit ulciſci magis, aut cum [n] *Vindice* [n] *Galba?*
[o] *Quid Nero tam ſævâ crudâque tyrannide fecit?*
Hæc opera, atque hæ ſunt generoſi principis artes,
Gaudentis fœdo [p] *peregrina ad pulpita ſaltu*
[q] *Proſtituî,* [r] *Graiæque apium meruiſſe coronæ.*
Majorum effigies habeant [s] *inſignia vocis,*
Ante pedes [t] *Domiti longum tu pone Thyeſtæ*
[u] *Syrma, vel Antigones, ſeu* [w] *perſonam Menalippes,*
Et de marmoreo citharam ſuſpende [x] *Coloſſo.*
Quis Catilina tuis natalibus, atque Cethegi

a Sanctiſſimum virum, ſed humili loco natum.
b Genere claro, ſed vitiis inquinatiſſimo.
c Nec enim unum commiſerat parricidium.
d Parricidii convictus cum ſimiâ, gallinaceo, viperâ & cane, tot ſimul parricidis culeo inſutus in mare vel proximum flumen projiciebatur.
e Oreſtis, qui matrem Clytæmneſtram interfecit.

f Oreſtes non ſine numinis impulſu patris cædem ultus, maternæ deinde necis reus in Areopago, æquatis Deorum ſententiis interventu Minervæ abſolutus eſt. g Agamemnonis. h A matre & adultero Ægiſtho. *al.* in balneo *al.* dum veſtem indueret ſine capitio. i Cæde ſororis ſuæ Electræ, ut Nero Britannici fratris. k Conjugis Hermiones filiæ Menelai ducis Spartani, ut Nero cæde Octaviæ, Antoniæ, & Poppææ. l Ut Nero Britannico fratri, & Domitiæ amitæ. m *Ut Nero, qui exhauſtis turpiter Imperij opibus, undecumque prædæ inhians quaſi offenſus deformitate veterum ædificiorum, urbem incendit: quod incendium è turri Mecænatianâ proſpectans, Lætuſque flammæ pulchritudine ἄλωσιν Ilii in illo ſuo ſcenico habitu decantavit. Tacit. Annalium* 15. *Sueton. Oroſius.* n Qui præfecti in Galliis & Hiſpaniis à Nerone deſciverunt, & in Neronem conjuraverunt aſpirante ſenatu. o Quidnam enim maximè fuit inhoneſtum & indignum quod in omni ſuâ tyrannide admiſit Nero? certe proſtituiſſe ſe in noſtris Græciſque ſcenis citharœdum, hiſtrionem, ſaltatorem, &c. p Neapoli, & in Achaia, aliiſque locis peregrinis. q Metaphora à Meretrice. r In Iſthmicis certaminibus cum citharœdis certans apio coronabatur Nero. s Coronam hanc tuam ex apio. t Domitii atavi vel patris tui. u Veſtem longam, quâ indutus es, cùm tragœdiam de Thyeſte, vel Antigone filiâ Oedipi ageres. w Larvam qua uſus repræſentâſti fabulam Menalippes à Neptuno amatæ, non à perſonando dictam, ut Gellio videtur inquit Jul. Scal ſed quod erat περὶ σῶμα. Sunt qui *Syrma* ſignificantius & ἐμφαλικωτέρως tribui volunt *Thyeſtæ* & *Antigones* perſonis ſc. regii ſpiritûs & elati animi. *Perſonam* item *Menalippes*, quia ſub ejus perſonâ Euripides Anaxagoræ præceptoris ſui ſedatum animum & philoſophicam exprimit ſententiam: vide Dionyſii Halicarnaſſæi commentarium περὶ τῶν ἐγκαλλισμένων. x Citharam autem à judicibus ad ſe delatam adoravit, ferrique ad Auguſti ſtatuam juſſit: vel alludit ad ſtatuam ſeu Coloſſum miræ magnitudinis quem erexerat Nero, *viz.* pedum 110, ut Plinius 34. l. 7. c. ut Suetonius. 120. pedum.

Inve-

Invenîet quicquam ſublimius? [a] arma tamen vos
Nocturna & flammas domibus templiſque parâſtis,
Ut [b] Braccatorum pueri, [c] Senonumque minores,
Auſi quod liceat [d] tunicâ punire moleſtâ. 235
Sed vigilat conſul, [e] vexillaque veſtra coërcet:
Hic [f] novus Arpinas ignobilis, & modò Roma
[g] Municipalis eques, [h] galeatum ponit ubique
Præſidium attonitis, & [i] in omni gente laborat.
Tantum igitur muros intra [k] toga contulit illi 240
Nominis & tituli, quantum non [l] Leucade, quantum
[m] Theſſaliæ campis Octavius abſtulit udo
Cadibus aſſiduis gladio: ſed Roma parentem,
Roma [n] patrem patriæ Ciceronem libera dixit.
[o] Arpinas alius Volſcorum in monte ſolebat 245
Poſcere mercedes alieno laſſus aratro;
Nodoſam poſt hæc [p] frangebat vertice vitem,
Si lentus pigrâ [q] muniret caſtra dolabrâ:
Hic tamen & [r] Cimbros, & ſumma pericula rerum
Excipit, & ſolus trepidantem protegit urbem. 250
Atque ideò poſtquam ad Cimbros ſtragemque volabant
Qui nunquam attigerant majora cadavera corvi,
[s] Nobilis ornatur lauro collega ſecundâ.
Plebeia [t] Deciorum anima, plebeia fuerunt
Nomina: pro totis legionibus hi tamen & pro 255
*Omnibus auxiliis, atque omni * plebe Latinâ*
Sufficiunt † diis infernis, terræque parenti.
Pluris enim Decii, quàm qui ſervantur ab illis.
[u] Ancillâ natus [w] trabeam & [x] diadema Quirini,

a Hæc ſatis nota ex Salluſtio.
b Ut olim Narbonenſes ex Galliâ Braccatâ &---c----- Lugdunenſes, qui ſub Brenno Romam ceperunt & incenderunt.
d Tunica alimentis ignium illita, quâ obvoluti crematabantur vivi, ſævo cum joco, candelæ loco. *vel*, Herculem Oetæum repræſentantes. Sat. 1. ỳ. 155.
e Copias & & conatus veſtros.
f Cicero Arpino Volſcorum oppido ortus.
g Ex municipio Arpinati adſcitus eques.
h Armatum.
i Per Italiam omnem diſpoſitis excubiis, per Allobrogas alioſque exploràns inſidias conjuratorum. k Prudentia in pace. l Cruentâ pugnâ navali juxtà Leucadem promontorium Epiri, quâ devicti ſunt Antonius & Cleopatra. m Pharſaliæ campis, ad Philippos in Theſſaliâ, ubi devicti ſunt Brutus & Caſſius. n Quo nomine primus eum ſalutavit M. Cato. o C. Marius mercenarius in ſuo Arpino arator. p Vitis centurionis in Marii vertice frangebatur. Sat. 14. ỳ. 193. q Miles gregarius ſeu faber. r Cimbros & Teutonas, qui ex Daniâ & Germaniâ maximo cum exercitu Romam contendentes magnum terrorem Italiæ incuſſerunt, ſed à Mario devicti præda corvis facti ſunt. s Nobilis collega Quintus Catulus Luctatius ſecundo loco triumphavit, cùm uni Mario homini novo, victoriæ honos tribueretur, licèt utriuſque Conſulis auſpiciis res geſta ſit. t Patris & filii, qui ſe pro Romanis legionibus devoverunt. * *al. pube.* † Diis manibus, Terræque matri. u Servius Tullius captivâ Ocriculanâ natus. w Veſtem trabibus pannorum albis & purpureis intertextam: *vel*, ut Livio placet, togam circumdiſtinctam purpurâ, ſubtegmine puniceo: ut Halicarnaſſæo, veſtem ex purpurâ & cocco. Vetùm has diſtinguit Alexander ab Alexand. c. 18. l. 5. x Faſciam, ceu pannum quo reges caput vinciebant, coronam Romuli.

Et

Et faſces meruit, regum [a] *ultimus ille bonorum,*
Prodita [b] *laxabant portarum clauſtra* [c] *tyrannis*
Exulibus [d] *juvenes ipſius conſulis, & quos*
Magnum aliquid dubiâ pro libertate deceret,
Quod miraretur cum [e] *Coclite* [f] *Mutius, &* [g] *quæ*
Imperii fines Tiberinum virgo natavit.
Occulta ad [h] *patres produxit crimina* [i] *ſervus*
[k] *Matronis lugendus; at* [l] *illos* [m] *verbera juſtis*
Afficiunt pœnis, & [m] *legum prima ſecuris.*
Malo pater tibi ſit [n] Therſites, dummodo tu ſis
[o] Æacidæ ſimilis, [p] Vulcanîaq; arma capeſſas,
Quàm te Therſitæ ſimilem producat Achilles.
Et tamen ut longè repetas, longéque revolvas
Nomen, ab infami gentem deducis [q] *aſylo.*
Majorum primus quiſquis fuit ille tuorum,
Aut paſtor fuit, aut [r] illud, quod dicere nolo.

a Secutus enim eſt Tarquinius Superbus regum ultimus.
b Laxare conſpirabant.
c Tarquiniis, quos reducere volebant.
d Titus & Tiberius filii Junii Bruti Conſulis.
e Horatio Coclite.
f M. Scævola.
g Cloelia, quæ obſes Porſennæ data Tiberim tranavit, deceptis cuſtodibus. h Brutum & Aquilium: *vel*, Valerium & ſenatores. i Indicavit Vindex Cecinnenſis Aquiliorum ſervus. k Orbis filiis, *vel* cujus mors lugenda eſſet matronis, quas à tyrannorum impudicorum vi, indicio ſuo liberârat. l Filios Bruti & Aquilii cum aliis conjuratis. m Virgis cæſos, conſulatus ille primus imperium liberum primum ſecuri percuſſit. n Græcorum deformiſſimus animo & corpore. o Achilli. p A Vulcano fabricatis. q Ad quod (Romuli inſtituto, ut imperium augeret) undique confugêre ſcelerati. r Latro, ſicarius, homicida, ſpurius, &c. qui ad aſylum hoc confugit.

SATYRA IX.

Obſcœnam Cinædorum & Pathicorum turpitudinem acriter, at nimis apertè inſectatus.

[a] *P.* *Sire velim, quare toties mihi, Nævole, triſtis*
Occurras fronte obductâ, ceu [b] *Marſya victus:*
Quid tibi cum [c] *vultu, qualem deprenſus habebat*
Ravola, dum Rhodopes udâ terit inguina barbâ?
[d] *Nos colaphum incutimus lambenti cruſtula ſervo,*
[e] *Non erat hâc facie miſerabilior Crepereius*
Pollio, qui triplicem uſuram [f] *præſtare paratus*
Circuit, & [g] *fatuos non invenit: unde repente*

a Dramatica hæc Satyra. P. Pœëtam. N. Nævolum denotat.
b Marſyas Phrygius Apollinem in certamen muſices provocare auſus, ab eo victus, & excoriatus eſt. c Triſti, qualem habebat Ravola cùm deprehenderetur meretricis Rhodopes inguina lingens. d Quidni triſtis ſit & pœnam expalleat: quando etiam ſervis colaphum incutimus lambentibus dulciaria? quanto magis illi, &c. e Non magis pallebat Cr. Pollio luxuriosus nepos. f Solvere pollicitus. g Qui illi pecuniam credant non reddituro.

Tot ruga? certè modico contentus [a] *agebas*
Vernam equitem, [b] *conviva joco mordente facetus,*
Et ſalibus vehemens [c] *intra pomœria natis.*
Omnia nunc contrà, vultus gravis, horrida [d] *ſiccæ*
Sylva comæ, nullus totâ nitor in cute, qualem
Præſtabat calidi circumlita faſcia [e] *viſci;*
Sed fruticante pilo neglecta, & ſqualida crura.
Quid matiès ægri veteris, quem tempore longo
Torret [f] *quarta dies, olimque domeſtica febris?*
Deprendas animi tormenta latentis in ægro
Corpore, deprendas & gaudia, [g] ſumit utrumque
Inde habitum facies: *igitur flexiſſe videris*
Propoſitum, & vitæ contrarius ire priori.
Nuper enim ([h] *ut repeto)* [i] *fanum Iſidis, &* [k] *Ganymedem*
Pacis, & [l] *advectæ ſecreta palatia matris,*
Et [m] *Cererem (nam quo non proſtat fœmina templo?)*
Notior [n] *Auſidio mœchus ſceleravit ſolebas,*
(Quod taceo) atque ipſos etiam [o] *inclinare maritos.*
N. Utile & hoc multis vitæ genus, at mihi nullum
Inde operæ pretium: pingues [p] *aliquando lacernas,*
Muniménta togæ, duri craſſique coloris,
Et malè percuſſas textoris pectine Galli
Accipimus, tenue argentum, [q] *venæque ſecundæ.*
[r] **Fata regunt homines,** *fatum eſt & partibus illis,*
Quas ſinus abſcondit: nam ſi tibi ſidera ceſſant,
Nil faciet longi menſura incognita nervi:
Quamvis te nudum [s] *ſpumanti* [t] *Virro labello*
Viderit, & blandæ, aſſiduæ, denſæque [u] *tabellæ*
Solicitent, [w] *ἤθης χὰρ γλύκιον ἄνδρα κίναιδον.*
Quod tamen ulterius monſtrum, quàm mollis avarus?
[x] *Hæc tribui, deinde illa dedi, mox plura tuliſti.*

a Verna cùm eſſes, quittum opes æquabas animo, cultu nitore.
b Eraſque conviva facetus joco mordente.
c Urbanis Pomœria enim ſunt loca poſt vel pone mœnia, quæ nec habitari nec arari fas erat.
d Non delibutæ & unguento ſplendentis.
e Pfilothri è refinâ viſco & cerâ pilos evellentis.
f Quartana & jam familiaris febris.
g Ex animo facies induit mœrorem aut lætitiam.
h Ut memoriâ repeto. Ut memini.
i Sat. 6. ỳ 489.
k Statuam Ganymedis à
x Veſpaſiano erectam in templo Pacis.

Ptol. Flavius conjectan. c. 17. legit *Ganymedis* & regi vult à præcedenti *fanum*, Quid enim (inquit) Pacis templum cum ſtatuâ Ganymedis? l Cybeles matris deûm è Phrygiâ advectæ templum, quod in palatio eſt. m Et ipſum caſtæ Cereris templum. n Mœcho inſigni. o Ad turpe miniſterium. p Παχὺ ἱμάτιον, hibernum, χειρὸν. craſſioris è Galliâ lanæ & fili, unde addit *percuſſas textoris pectine Galli:* & Martial. 4. ep. 19. *Sequanicæ pinguem textricis alumnam.* &, *me pinguis Gallia veſtit.* De lacernis vide quæ ad ỳ. 62. Sat. 1. q Minus purum, mixtum. r Etiam σωκίζει cinædus iſte ſcarabæus. s Præ libidine & deſiderio ſalivâ fluente. t Dives parthicus. u Literæ, miſſæ. w Supple, πρέπει i. e. expedit, ut cinædus ſit moribus dulcis: *alii legunt,* ὡσπὸς ἕλκυσε τὸν ἄνδρα κίναιδος i. e. ipſe cinædus attrahit vel pellicit ad ſe virum. x Avarus eſt, quod etiam mollitie deterius monſtrum eſt. y *Verba Virronis ad Draucum.*

[a] *Computat,*

[a] *Computat, & cevet,* [b] *ponatur calculus, adſint*
Cum tabulâ pueri: numera ſeſtertia quinque
Omnibus in [c] *rebus, numerentur deinde* [d] *labores.*
[e] *An facile & pronum eſt agere intra viſcera penem*
Legitimum, atque illic heſternâ occurrere cœnæ?
Servus erit minùs ille miſer, qui foderit agrum,
Quàm dominum: ſed tu ſanè tener, & puerum te
Et pulchrum, & [f] dignum cyatho cœloque putabas.
[g] *Vos humili aſſeclæ, vos indulgebitis unquam*
Culiori, jam nec morbo donare parati?
[h] *En cui tu viridem [i] umbellam, cui [k] ſuccina mittas*
Grandia, natalis quoties redit, aut [l] madidum ver
Incipit, & ſtratâ poſitus longâque cathedrâ,
Munera fœmineis tractas ſecreta [l] calendis.
Dic [m] *paſſer, cui tot montes, tot prædia ſervas*
[n] *Appula,* [o] *tot milvos intra tua paſcua laſſos?*
Te [p] *Triſolinus ager fœcundis vitibus implet,*
[q] *Suſpectumque jugum Cumis, &* [r] *Gaurus* [s] *inanis:*
Nam quis plura [t] *linit* [u] *victuro dolia muſto?*
[w] *Quantum erat* [x] *exhauſti lumbos donare clientis*
Jugeribus paucis? [y] meliúsne hic ruſticus infans
Cum matre, & caſulis, & cum luſore catello
Cymbala pulſantis legatum fiet amici?
Improbus es, cùm poſcis, [z] *ait, ſed penſio clamat,*
Poſce, ſed appellat [aa] *puer unicus, ut Pholyphemi*
Lata acies, per quam ſolers evaſit Ulyſſes.
Alter emendus erit: namque hic non ſufficit, ambo
Paſcendi: quid agam brumâ ſpirante? quid oro?
Quid dicam [bb] *ſcapulis ſervorum menſe Decembri,*

a *Inquit Draucus.*
b *Et hæc Virronis ſunt.*
c Quas tibi donavi.
d Tui an æquent ſumptus meos.
e *Reſpondet Draucus,* iracundus, obſcœnus, impius. *Et hic quidem locus ex eorum numero eſt, propter quorum inſolentiam toto Juvenalis opere abſtinere bonum virum jubet Jul. C. Scal. 3. Poëtic. 9.*
f Qui rapiaris ad miniſterium cyathi Jovis, tanquam Ganymedes.
g Ecquid ſperandum clientibus veſtris, ſi nihil donetis libidinis veſtræ & voluptatum miniſtris. h En pulchrum & delicatum Ganymedem. *Ironice.* i Nè ſole ſc. offuſcetur, inſtar Conopæi, quæ ſolem arceat. Hiſpanis ſignatè dicitur *Quitaſol.* i. e. arcens ſolem. Ital. *Capelleto:* σκιάδιον Dionyſ. Halicarn. 7 lib. k Vaſa vel ſphærulas & armillas è ſuccino. l Calendis Martiis, quibus natalis Veneris celebrabatur & matronalia ubi mulieribus à maritis & amatoribus mittebantur munera: vide quæ ad epig. 85 lib. 5. Martial. h. m Salax vir, ut paſſer. cui ſalacitas terminum vitæ quinquennio longiorem negat. n In Apuliâ. o Latifundia, quibus tranſvolandis milvi defatigentur. Perſ. 4. ỳ. 26 *quantum non milvus oberret* p In Campaniâ. q Miſenum promontorium Cumis imminens, rûituro ſimile, adeoque Cumanis ſuſpectum r Mons Campaniæ non procul à Bajis. s Cavernoſus. t Pice obturat. i e. recondit. u Duraturo atque diu vigorem & animam ſervaturo. w Quantula res. x Venere. y Meliúſne legabitur Gallo ſacerdoti, quàm mihi prædiolum cum puero, matre ſuâ & catello colluſore? z *Ait Virro.* aa Nè hoc deficiente ego prorſus deſtituar tanquam Polyphemus unico ab Ulyſſe effoſſo oculo. bb Nudis.

Et [a] *pedibus? durate, atque* [b] *expectate cicadas?*
Verùm ut diſſimules, ut mittas [c] *cætera, quanto*
[d] *Metiris pretio? quòd ni tibi deditus eſſem,*
Devotuſque cliens, uxor tua virgo maneret.
Scis certè quibus iſta modis, quam ſæpe rogâris,
Et quæ pollicitus: fugientem ſæpe [e] *puellam*
Amplexu rapui; [f] *tabulas quoque ruperat, & jam*
[g] *Signabat;* totâ *vix hanc ego* [h] *nocte redemi,*
Te plorante foris: teſtis mihi lectulus, & tu
Ad quem pervenit lecti ſonus, & dominæ vox.
Inſtabile, ac dirimi cœptum, & jam penè ſolutum
Conjugium in multis domibus ſervavit adulter.
[i] *Quò te circumagas? quæ* [k] *prima, aut ultima ponas?*
Nullum ergò meritum eſt, ingrate ac perfide, nullum,
Quòd tibi filiolus, vel filia naſcitur ex me?
[l] *Tollis enim, &* [m] *libris actorum ſpargere gaudes*
Argumenta viri: [n] *foribus ſuſpende coronas,*
Jam pater es, dedimus quod [o] *famæ opponere poſſis:*
* *Jura parentis habes,* [p] *propter me ſcriberis hæres;*
[q] *Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.*
Commoda præterea junguntur multa caducis,
[r] *Si numerum, ſi tres implevero. P. Juſta doloris,*
Nævole, cauſa tui: contrà tamen ille quid affert?
N. Negligit, atque alium bipedem ſibi quærit [s] *aſellum,*
Hæc ſoli commiſſa tibi celare memento,
Et tacitus noſtras intra te fige querelas;
Nam res mortifera eſt inimicus [t] *pumice lævis,*
[u] Qui modò ſecretum commiſerat, ardet, & odit.
Tanquam prodiderim quicquid ſcio: *ſumere ferrum,*

a Nudis.
b An jubebo expectare æſtatem?
quâ cicadæ quidem canunt, frigore verò hyberno pereunt.
c Officia mea in te.
d Æſtimas?
e Uxorem tuam.
f Nuptiales, in quibus verba ſolennia fuerunt: *Liberorum procreandorum gratiâ uxorem duco.* Briſſon. de Formul. 6.
g Alteri viro nuptura.
h Hujus noctis labore.
i Quò te vertas, ad quod ſubterfugium?
k Ad excuſationem: ſic Dido: *Quæ quibus anteferam? Æn.* 4.
l Educas.
m In quibus natos ſibi liberos profeſſi parentes eorum nomina ſcribebant notato die & conſule Briſſon. antiqu. l. 1. c. 5. n In ſignum puerperii. o Impotentiæ & mollitiei, infamiæ. * Qui patres erant, præferebantur aliis in petitione magiſtratûs, & ſorte provinciali præcedebant collegas, &c. p Φαυλίνου πολλοὶ γαμεῖσι καὶ γεννῶσιν, ἵνα κληρονόμους ἔχωσιν, ἀλλ' ἵνα κληρονομῶν δύνωνται Plutarch. περὶ φιλοσοφίας. Cœlibes ex teſtamentis nihil capiebant, niſi è proximè junctorum: orbi non niſi dimidium q Legata ſæpe concipiebantur his verbis, *Quandoque liberos habuerit.* Quâ conditione in tuis deficiente, cadet, quod non expectabas, legatum in te tuoſque liberos, lege Papiâ ceſſurum in ærarium, ſi à privilegiis parentum ceſſatum eſſet, ex decimâ parte caducum. r Qui tres liberos ſuſceperat à tutelâ excuſabatur, in faſcibus ſumendis prior erat, teſſeram frumenti triplicem accipiebat, &c. s Draucum benè caudatum & ſimplicem, quem itidem decipiat. t Dropace lævigatus & mollis.
u Sat. 3. ỳ. 113.

Fuſte [a] *aperire caput,* [b] *candelam apponere valvis*
Non dubitat: nec contemnas, aut deſpicias, quòd
His [c] *opibus nunquam cara eſt* [d] *annona veneni.*
Ergò occulta teges, ut [e] *curia Martis Athenis.*
P. [f] *O Corydon, Corydon,* ſecretum divitis ullum
Eſſe putas? ſervi ut taceant, jumenta loquentur,
Et canis, & poſtes & marmora: *claude feneſtras,*
Vela tegant rimas, junge oſtia, tollito lumen
E medio, [g] *clament omnes, propè nemo recumbat:*
Quod tamen ad [h] *cantum galli facit ille ſecundi,*
Proximus ante diem caupo ſciet, audiet & quæ
Finxerunt pariter [i] *librarius, archimagiri,*
[k] *Carptores: quod enim dubitant componere crimen*
In dominos, quotics rumoribus ulciſcuntur
[l] *Baltea? nec deerit qui te per compita quærat*
[m] *Nolentem, & miſeram vinoſus* [n] *inebriet aurem.*
Illos ergò [o] *roges quicquid paulò antè petebas*
A nobis: taceant illi; ſed prodere malunt
Arcanum, quàm [p] *ſubrepti potare Falerni,*
[q] *Pro populo faciens quantum* [r] *Laufella bibebat.*
Vivendum rectè, cùm propter plurima, tunc his
Præcipuè cauſſis, ut linguas mancipiorum
Contemnas: nam lingua mali pars peſſima ſervi.
[s] *Deterior tamen hic, qui liber non erit, illis*
Quorum animas & farre ſuo cuſtodit & ære.
N. Idcircò ut poſſim linguam contemnere ſervi,
Vtile conſilium modò, ſed commune dediſti:
Nunc mihi quid ſuades poſt damnum temporis & ſpes
Deceptas? feſtinat enim decurrere velox
Floſculus, anguſtæ miſeræque breviſſima vitæ
Portio: dum bibimus, dum ſerta, unguenta, puellas
Poſcimus, obrepit non intellecta ſenectus.
P. *Nè trepida: nunquam pathicus tibi deerit amicus,*
Stantibus & ſalvis [t] *his collibus: undique ad* [u] *illos*
Conveniunt & [w] *carpentis &* [x] *navibus omnes,*

a Comminuere.
b Ædes incendere Sat. 13. ỳ 146.
c Opulentis.
d Emptio, copia, impenſa.
e Areopagitæ qui tacentes judicabant per characteres & literas. Perſ. 4 ỳ. 13. *nigrum vitio præfigere Theta.* dicitur Areopagus ab ἄρης, Mars, & πάγος, ſaxum, collis, hic enim à Neptuno Mars homicidii accuſatus coram duodecim diis, ſex ſententiis abſolutus eſt.
f O ruſtice & inſulſe. Hemiſtichium Virg. vide huic conſonum epigr. Martial. 82. l. 2.
g Ne exaudiant alii.
h *Hypall.* Galli cantum ſecundum.
i Qui penſa librat; *vel,* qui libros exſcribit.
k Vide Sat 5. ỳ. 119. & Sat. 11. ỳ. 136.
l Balteorum verbera & lora quibus cæſi ſunt. m Audire nol. n Secretis domini ſui repleat, fatiget, enecet. o Ut taceant, ſuprà enim dixerat, *Et tacitus noſtras intra te fige querelas.* p Furtivi atque hinc dulciſſimi. q Pro ſalute populi Romani ſacra faciens Bonæ deæ, in cujus ſacris largitèr potârunt mulieres. Sat. 6. ỳ. 313. r Mulier vinolenta. s Dominus tamen malus cùm ſit, & ſibi malè conſcius, eſt ſervus deterior quàm illi, quorum vitas alit pane ſuo. t Hâc urbe in ſeptem collibus poſitâ. u Romam. w Terra. x Mari.

[a] Molles: usurpat Hemistichium poëtæ Calvi, quo Pompeium taxavit. *Digito caput uno scalpit, quid credas hunc sibi velle virum?*

[b] Salacibus & ad Venerem stimulantibus herbis vescere, vide quæ ad Martial. ep. 74. lib. 3. b.

[c] Præcepta de Venere excitandâ.

[d] Jubet me fatum & Parca mea contentum esse tenui ex operâ meâ victu. [e] Alii legunt *Exorare*: i. e. coronatus floribus precari soleo. [f] Sat. 5. ỳ. 8. i. e. a Mendicando. [g] Quæ censuræ notam mereantur. Fabricius enim Luscinius & Q. Æmilius Papus Censores F. Cornelium Rufinum duobus consulatibus & Dictaturâ functum moverunt Senatu, quod haberet decem pondo argentea vasa. A. Gell. 4. lib. & Valer. Max. 2. 9. [h] Servi lecticarii è Mœsiâ regione Pannoniæ finitimâ. [i] Quoniam paupertas mihi à fato est. [k] Ulyssis, qui à Circe admonitus, nè pateretur se allici Sirenum juxta Siciliam habitantium cantu, sociis cerâ aures obturavit, & se ad malum navis alligari jussit, atque ita prætervectus est.

[a] *Qui digito scalpunt uno caput: altera major*
Spes superest, tu tantùm [b] *erucis imprime dentem.*
N. Hæc [c] *exempla para felicibus, at* [d] *mea Clotho*
Et [d] *Lachesis gaudent, si pascitur inguine venter.*
O parvi, nostrique lares, quos thure minuto
Aut farre & tenui solco [e] *exornare coronâ;*
Quando ego figam aliquid, quo sit mihi tuta senectus
[f] *A tegete & baculo? viginti millia fœnus*
Pignoribus positis, argenti vascula puri,
Sed quæ [g] *Fabricius censor notet, &* [h] *duo fortes*
De grege Mœsorum, qui me cervice locatâ
Securum jubeant clamoso insistere circo.
Sit mihi prætereà curvus cœlator, & alter
Qui multas facies pingat citò, sufficient hæc:
[i] *Quando ego pauper ero, votum miserabile, nec spes*
His saltem; nam cùm pro me fortuna rogatur,
Affigit ceras [k] *illâ de nave petitas,*
Quæ Siculos cantus effugit remige surdo.

SATYRA X.

* *si modo Satyram liceat dicere, quam doctissimus D. Heynsius in annotationibus ad Horatium, ex albo Satyrarum tollere laborat, quo Juvenalem, Flacco collatum elevet. Sed de ipsis Poetis, tanti viri pace acquiesco assentioque judicio clariss. viri Jul. Cæs. Scal. Hypercritic. l. 6. c. Hoc certè poemate, (insigniatur quolibet nomine) nihil usquam illustrius, nihil utilius, non dico apud Horatium, sed nè apud Platonem quidem, Xenophontem, Senecam aut Epictetum.*

Pulcherrimæ hujus * Satyræ argumentum sumptum est ex Platonis Alcibiade secundo. Videtur etiam ante oculos habuisse Persii secundam Satyram, & illud Socratis *de Votis*, referente Val. Max. 2. c. 7. l. Est enim absolutissima hujus Satyræ Propositio, in quâ Poeta docet vota mortalium prope execrationes esse, qui divitias, honores, eloquentiam, gloriam bellicam, longam vitam, pulchritudinem à diis precantur, quæ tamen plerunque votorum compotes pessundent. Verùm petendam esse bonam mentem, cætera Deo permittenda, qui novit quid cuique conveniat.

[a] *Omni-*

Omnibus in terris, quæ ſunt à Gadibus uſque
Auroram & [a] Gangen, pauci dignoſcere poſ
ſunt
ra bona, [b] atque illis multùm diverſa, remotâ
Erroris nebulâ: quid enim ratione timemus,
ut cupimus, [d] *quid tam dextro pede concipis, ut te*
natûs non pœniteat, votique peracti?
vertêre domos totas, optantibus [e] ipſis,
ii [f] faciles: *nocitura* [g] *togâ, nocitura petuntur*
ilitâ: & torrens dicendi copia, multis
* *ſua mortifera eſt facundia: viribus* [h] *ille*
nfiſus periit, admirandiſque lacertis.
Sed plures nimiâ congeſta pecunia curâ
rangulat, & [i] cuncta exuperans patrimonia cenſus,
uanto delphinis balæna Britannica major.
emporibus [k] diris igitur, juſſuque Neronis
Longinum, & magnos [m] Senecæ prædivitis hortos
lauſit, & egregias [n] Lateranorum obſidet ædes
Tota cohors: rarus venit in [p] cœnacula [q] miles.
auca licèt portes argenti vaſcula [r] puri,
Nocte iter ingreſſus [s] gladium contumque timebis,
t motæ ad lunam trepidabis arundinis umbram;
Cantabit vacuus coram latrone viator.
Prima ferè vota, & cunctis notiſſima templis,
Divitiæ ut creſcant, ut opes; ut maxima toto

a Ab unâ orbis parte ad alteram, ab ipſis Gadib. (*Cadiz* inſula in litore Heſperio) uſq; ad Indiam Orientalem, quam ſecat fluvius maximus Ganges, atque ipſum Solis ortum, nemo eſt, cui de ſummo bono conſtet, qui nôrit, quid ſit ſecundùm rationem fugiendum, quid petendum.

b Et mala, quæ ſunt bonis contraria.

c Animi noſtri cæcitate & ignorantiâ.

d Quid tam proſpero auſpicio voves & precaris? dextra enim

umina favere credebantur. e Dominis, ut Neptunus exauditis Theſeî otis de Hippolyto: vide v. 3. 15. ſeq. f Præſentes & prompti nimis. Pace * Infra ỳ. 114. h Ut Milo Crotoniates, qui cùm jam natu randis iter faceret ſolus in locis ſylveſtribus, quæ ſibi reliquæ eſſent ires volens experiri in diducendâ hiante quercu, manibus ibi incluſis o arboris partibus reſtrictis, feris præda factus eſt, referente A. Gel. 14. 16. i Dum omni ratione laborant, ut ſuus cenſus tanto excedat aliorum cenus, quanto balæna Britannica exſuperat delphinas mole. k Quibus Neo Imperator undique occaſione quæſitâ inſidiabatur divitum opibus. Caſſium Longinum JCtum interfici juſſit Nero, non alio injecto crimine, quàm quòd Caſſii, unius è Cæſaris percuſſoribus, ſtatuam retinuſſet, cùm reverâ opib. illius inhiaret Imperator. m Seneca vir ſanctiſſimus, quo præceptore ipſe Nero uſus fuerat, criminationib. Feſti Ruffi & Tigellini, tanquam hortis, villis, opib. ipſum principem tranſcenderet: Piſonianæ denique conjurationis accuſatus, (cùm revera divitiæ eſſent in cauſâ) Neronis juſſu, inciſis ſibi venis obiit. Tacit. 15. Sed & de aliis quæ Senecæ objiciebantur vide Xiphilini Neronem. n Proximam necem Flavii Laterani cos. deſignati Nero adjungit adeò properè, &c. Tac. 15. o Militum percuſſorum ab Imperatore miſſorum ad interficiendum Lateranum. *Illò propinquâ veſperâ tribunus venit, & villam globus militum ſepſit.* Tacit, 15. Annal. p Paupetum qui cœnaculorum conductorum inquilini ſunt. Sat. 3. ỳ. 199. q Percuſſor. r Et illius quidem non cœlati. Turneb. 29. 1. s Latronis.

Noſtra ſit arca [a] *foro: ſed* nulla aconita bibuntur
Fictilibus: tunc illa time, cùm pocula ſumes
[b] Gemmata, & lato [b] Setinum [c] ardebit in auro.
Jamne igitur laudas, quòd de ſapientibus [d] *alter*
Ridebat, quoties à limine moverat unum
Protuleratque pedem; flebat contrarius [e] *alter?*
[f] Sed facilis cuivis rigidi cenſura cachinni:
Mirandum eſt unde ille oculis ſuffecerit humor,
Perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat
Democritus, quanquàm non eſſent [g] *urbibus illis*
[h] *Prætexta, & trabeæ, faſces, lectica, tribunal.*
Quid ſi vidiſſet prætorem [i] *in curribus altis*
Extantem, & medio [i] *ſublimem in pulvere circi,*
In [k] *tunicâ Jovis, & pictæ* [l] *ſarrana ferentem*
Ex humeris [m] *aulæa togæ, magnaque coronæ*
Tantum orbem, quanto cervix [n] *non ſufficit ulla?*
Quippe tenet ſudans hanc [o] *publicus, &* [p] *ſibi conſul*
Nè placeat, curru ſervus portatur eodem.
Da nunc & [q] *volucrem, ſceptro quæ ſurgit eburno;*
Illinc cornicines, hinc præcedentia longi
Agminis [r] *officia, &* [s] *niveos ad fræna Quirites,*
Deſoſſa in loculis quos ſportula fecit amicos.
[t] *Tunc quoque materiam riſûs invenit ad omnes*
Occurſus hominum, cujus prudentia monſtrat
Summos poſſe viros, & magna exempla daturos
[u] *Vervecum in patriâ* [w] *craſſoque ſub aëre naſci.*

a In quo arcas habuerunt ſenatores, in quibus pecunias tutiùs diſponebant. vide Sat. 14. ỳ. 258.

b Sat. 5. ỳ. 43. & 34.

c Flammei erit coloris in auratis poculis, *vel*, ardebit veneno.

d Democritus, qui ſemper ridebat ineptias hominum Luc. Βίων πρᾶσις Anthol.

e Heraclitus, qui miſerias hominum continenter flebat. *ibid.*

f In promptu quidem eſt ridere, ſed mirum unde ſuppeteret Heraclito tanta lacrymarum copia?

g Non in Abderâ, aliiſque Thraciæ urbibus, ut in Româ.

h De his Sat. 8. ỳ. 259 Prætexta dicebatur ea toga, cujus ora & circuitus purpurâ prætexta erant: *bordered with purple gardes.*

i Sublimem in curru ludos Circenſes ſpectantem, diſponentem, agentem. Sat. 8. ỳ. 194.

k Tunicâ palmatâ, togâ pictâ, quam triumphantes è Jovis templo ſumptam induebant.

l Tyriâ. Syris enim Tyrus dicta eſt, quæ prius Sarra à piſce שור cujus ſucco purpura tingebatur, maximuſque ibi horum piſcatus.

m Togam latam & amplam inſtar aulæorum, quibus aularum parietes teguntur.

n Supple ferendo.

o Servus ſeu miniſter publicus, qui coronam ſuſtentet.

p Præfiſcinè ad exorandam Nemeſin, comitem aſſiduam rerum lætarum & ὑπερόγκων, triumphantibus à tergo in eodem curru adſtabat ſervus publicus, qui coronam illam auream immenſi ponderis & amplitudinis ſuſtinebat, & ſimul attendere triumphantem jubebat ad ultimi ſupplicii inſtrumenta currui appenſa, tintinnabulum ſc. & flagellum, atque ſubinde interclamabat: *Reſpice poſt te: Hominem te eſſe memento.*

q Aquilam eburnei ſceptri vertici inſculptam.

r Amicos, ſervos, miniſtros.

s Clientes, cives albis togis indutos circa currum.

t Etiam ſuo tempore.

u Abdera Democriti patria, in Thraciâ ubi barbari ſunt & rudes inſtar vervecum. Stupidorum autem ac ſtolidorum convitium eſt *vervex. Ain' verò vervecem caput?* Plaut. Perſ. ſcen. 2. act. 2.

w Qui pingues & hebetes reddit, ut tenuis contrà ingenioſos. *Bœotum in craſſo jurares aëre natum.* Horat. lib. 2. ep. 1. ỳ. 244.

Ridebat curas, nec non & gaudia vulgi;
Interdum & lacrymas, cùm Fortunæ ipſe minaci
Mandaret [a] *laqueum, * mediumq; oſtenderet unguem.*
Ergò ſupervacua hæc, aut perniciosa petuntur,
Propter quæ fas eſt [b] *genua incerare deorum.*
Quoſdam præcipitat ſubjecta potentia magnæ
Invidiæ, mergit longa atque inſignis honorum
Pagina; descendunt [d] *ſtatuæ, reſtemque ſequuntur:*
Ipſas deinde [e] *rotas bigarum impacta ſecuris*
Cadit, & immeritis franguntur crura caballis:
Jam ſtridunt [f] *ignes, jam ſollibus atque caminis*
Ardet [g] *adoratum populo caput, &* [h] *crepat ingens*
Seianus; deinde ex facie toto orbe [k] *ſecundâ*
Fiunt urceoli, pelves, ſartago, patellæ.
Pone domi [m] *lauros, duc in capitolia magnum*
Cretatumque bovem, Sejanus [o] *ducitur unco*
*Spectandus: gaudent omnes: * quæ labra? quis illi*
Vultus erat? nunquam (ſi quid mihi credis) amavi
Hunc hominem: ſed quo cecidit ſub crimine? quiſnam
Delator? quibus indiciis? [q] quo teſte probavit?
Nil horum: verboſa & grandis epiſtola venit
[r] A Capreis: bene habet, nil plus interrogo: ſed quid
Turba [s] *Remi?* ſequitur fortunam ut ſemper, & odit
Damnatos: [t] *idem populus,* [u] *ſi Nurſcia Thuſco*

a In ſuum ipſius Fortunæ ſuſpendium.
* *Infamem digitum*, Perſ. 2. 33. & Martial. 28 epig. l. 2.
b Non cereis candelis oblatis illinere, inquit Turneb. 30. 19. Sed concepta vota & in tabulis conſcripta deorum genibus cerâ obſignata figere. *idem.* 1. 17. ἐπισφραγίζεσθαι. Philoſtratus in Heroïcis.
c Ænea, quæ imaginibus affixa honorum gradus continebat.
d Damnatorum tyrannidis, læſæ majeſtatis, vel gravis alicujus criminis, eradebantur Faſtis nomina, frangebantur ſtatuæ, idque decreto magiſtratûs vel populi furore. Tac. 6. Ann. Plin. Panegyr. Retem autem laqueoſque ſtatuis altioribus injicere, eaſque detrahere moris fuit. e Statuas equeſtres, currus triumphales, equos æneos. f Quibus unduntur & liquantur ſtatuæ. g Nuper in honore habitum. h Cum crepitu reſolvitur in igni. i Statua Sejani. k Fuerat enim collega perpetuus Imperatoris, eique ſecundi honores habebantur. *Facili Tiberio atque ita prono, ut ſocium laborum, non modò in ſermonibus, ſed apud patres & populum celebraret, colique per theatra & fora effigies ejus, interque principia legionum ſineret.* Tac. Annal. 4. l Ironicè poëta hæc de Sejano, *vel*, dialogiſmus eſt levis populi Sejano inſultantis. m Coronatus Jovi Capitolino ſacrifica. n Candidum, Jovi gratum, Superis victimas candidas immolabant, inferis nigras. o Ad ſupplicium, Scalas Gemonias, vel Tiberim. p *Hæc inter ſe populus in horas mobilis*, Quiſnam illi cùm occideretur vultus? q Quo teſte probavit Imperator inſidias ſibi ſtruxiſſe Sejanum? r A Tiberio, qui in Capreas inſulam parvam prope Campaniam, quo voluptatibus & libidini liberiùs indulgeret, ſeceſſit, venit epiſtola longa: ἀνεγνώσθη ἡ ἐπιστολὴ· ἦν δὲ μακρά. Dio. l. 58. s Populus Romanus Romulo & Remo oriundus: ἄρχυ Ῥέμοιο. Diodori epig. Anthol. lib. 1. Alii habent *Tremens*. t *Hæc quæ ſequuntur, Poëta.* u Si Thuſcorum dea patriotæ & alumno ſuo Sejano in tantum faviſſet, ut Tiberium opprimere valuiſſet, hâc ipsâ horâ Sejanum populus Rom. Imperatorem ſalutare paratus fuiſſet.

Favisset, si oppressa foret secura senectus
Principis, hâc ipsâ Sejanum diceret horâ
Augustum: jam pridem [a] *ex quo suffragia nulli*
Vendimus, effugit [b] *curas: nam* [c] *qui dabat olim*
Imperium, fasces, legiones, omnia, nunc se
Continet, atque duas tantùm res anxius optat,
[d] *Panem, & Circenses:* [e] *perituros audio multos.*
Nil dubium, magna est [f] *fornacula;* [g] *pallidulus mi*
Brutidius meus ad Martis fuit obvius aram.
Quàm timeo, victus nè pœnas exigat Ajax,
Ut malè defensus? curramus præcipites, &
Dum [h] *jacet in ripâ, calcemus Cæsaris* [i] *hostem:*
Sed videant [k] *servi, nè quis neget; & pavidum in ju*
Cervice astrictâ dominum trahat: hi sermones
Tunc de Sejano, secreta hæc murmura vulgi.
Visne salutari sicut Sejanus? habere
Tantundem? atque illis sellas donare [l] *curules?*
Illum exercitibus præponere? tutor haberi
Principis * *angustâ Caprearum in rupe sedentis*
Cum [m] *grege Chaldæo? quis* [n] *vis certè, pila, cohortes,*
[o] *Egregios equites, & castra* [p] *domestica? quidni*

a Ex quo per suffragia (quæ plerumque venalia erant) non eligimus magistratus. b Electionis & comitiorum, quæ permittit Imperatoribus. Creandorum quippe Consulum comitia ad se transtulere Imperatores, exemplo Julii Cæsaris comitia cum populo partiti, & alterum Consulem creantis. c Populus qui olim eligebat pacis & belli magistratus. d Victum è pane, & voluptatem è ludis. e Alter populi introducitur dialogismus. f Ira Imperatoris, *vel*, fornacula ad exurendos multos. g Vereor ne Brutidius, quem modò conveni pallentem ex malè conscio animo vel metu principis, quòd amicus esset Sejano, se interficiat ut Ajax. *vel*, Quam timeo, nè Tiberius malè se à Senatu defensum arguens in Senatores & cives cæde ruat, non saniùs quàm Ajax ille Sophocleus in pecudes; in quas veluti plebem & proceres Græcorum gladio & flagello fæviit. h Insepultus: κἀκ ὠτὸν ὁ ὅμιλος τρισὶν ἕλκει ἡμέραις ἑλυμήνατο καὶ μ[ὴ] ἐς τ[ὸ] πόλεμον ἐνέβαλε. Dio. l. 58. i Sejanum. k Nostri, quos habemus & servos & inimicos, nè quis eorum neget nos calcâsse, & nos tanquam Sejano faventes accuset, quibus etiam dominos accusantibus credetur. ἔχει δὲ μὴ ἐν πεδὸς καλήγορίαν τινὸς τὸ τὸ Σεανὸ φίλον ἢ γενέσθαι ἢ δόξαι. Xiphilin. Tiberius. *Delicta fuere Nexus amicitiæ.* Claudian. in Ruffin. l Magistratus urbanos, sellis enim curulibus in Curiam vehi, & ex ii jura dare solebant magistratus. *Neque senatorio ambitu abstinebat, clientes suos honoribus aut provinciis ornando.* Tacit. Annal. 14. sic de Rufino Claudianus: *Institor imperii, caupo famosus honorum.* * Vel potius lege *Augustâ*, quasi dicat transferentis sedem Imperii à Româ ad Insulam Capreas. Heraldus verò vult *sedentis* intelligi de *sellarid*, quam excogitavit Tiberius, *arcanæ libidinis sellam* Sueton. Tib. cap. 43. vide Torrentium ad locum dictum Suetonii. m Mathematicis, quorum artibus miré deditus erat Tiberius, & è quibus maximè colebat Thrasyllum Chaldæum. Sat. 6. ỳ. 575. n Scio te velle primipilatum, vel ἐρωτηλικῶς. Vis primipilatum, *vel* legionis præfecturam? pilum autem peditum Romanorum hastile erat missile: cohors decima legionis pars. o Equitum domesticorum magisterium, ut Sejani. p Prætoriana, quæ primus à muros urbis non procul à portâ Viminali posuit Sejanus. *Dispersas per urbem cohortes una in castra conducendo, ut simul imperia acciperent, &* Tacit. 4. Annalium.

Hæc cupias? & qui nolunt occidere quenquam,
Posse volunt: [a] sed quæ præclara & prospera tanti,
Ut rebus lætis par sit mensura malorum?
Hujus qui trahitur prætextam sumere mavis,
An [c] *Fidenarum Gabiorumque esse potestas?*
Et [d] *de mensurâ jus dicere,* [d] *vasa minora*
Frangere pannosus vacuis ædilis [e] *Ulubris?*
Ergò quid optandum foret ignorâsse fateris
Sejanum: nam qui nimios optabat honores
Et nimias poscebat opes, numerosa parabat
Excelsæ turris tabulata, unde altior esset
Casus, & impulsæ præceps immane ruinæ.
Quid [f] *Crassos? quid Pompeios evertit? & illum,* [g]
Ad sua qui domitos deduxit [h] *flagra Quirites?*
Summus nempe locus nullâ non arte petitus,
Magnaque numinibus vota exaudita [i] *malignis.*
Ad [k] generum Cereris sine cæde & vulnere pauci
Descendunt reges, & [l] siccâ morte tyranni.
[m] *Eloquium ac famam Demosthenis aut Ciceronis*
Incipit optare, & totis [n] *Quinquatribus optat,*
Quisquis adhuc uno partam colit [o] *asse Minervam,*
Quem sequitur * *custos angustæ vernula* [p] *capsæ:*
Eloquio sed uterque perit orator, utrumque
Largus & exundans letho dedit ingenii fons:
Ingenio [q] *manus est & cervix cæsa;* nec unquam
Sanguine causidici maduerunt rostra [r] pusilli.

a Sed quæ conditio tam lauta est ac læta, quæ nihil acerbi habeat admistum?
b Summum imperium Sejani cum periculo?
c An municipiorum vilium magistratus, cum securâ tranquillitate?
d Pers. Sat. 1. ℣. 131.
e Deserto Volscorum oppido. *Scis Lebedus quàm sit Gabiis desertior, atque Fidenis vicus.* Horat. Ep. 11. l. 1 ℣. 7.
f Patrem & filios à Cæsarianis, & Parthis eversos.
g Syllam aut Julium Cæsarem, aut etiam Augustum, cui ex somnio Ciceronis Jupiter flagellum tradidit: vide Sueonii August. c. 94.
h Imperium, dictaturam perpetuam, imminutam libertatem, imò amissam. Namque liberâ manente civitate, civem Romanum virgis cædi nefas, nedum flagellis.
i Quæ importunitate votorum victa mala pro bonis concedunt.
k Plutonem Proserpinæ maritum. i. e. mortem.
l Non cruentâ.
m Puer elementarius, qui tenui minervali litesis initiatur, quem servus capsarius deducit ad scholam, & reducit pauculos ferens libros, in festis Minervæ, sapientiæ præsidis, sibi exoptat eloquentiam Demosthenis aut Ciceronis. Sed contra omnes interpretes & Ang. Politianum Miscel. c. 21. contendit Jacobus Nicolaus Loensis intelligi hic ipsum magistrum, qui jam primùm aperuerit ludum uniusque discipuli primâ stipe Minervæ consecratâ, sperare & optare audet eloquentiam summorum Oratorum. Miscellan. epiphill. l. 2. c. 13.
n Festis Palladi sacris dictis à quinque diebus, quibus celebrabantur, Ovid. sed Varroni & Festo à quinto idûs Mart.
o Exiguâ mercede rudimenta acquisita.
* Ulpian. in Lege, Si collectaneus. 13. de manumissis vindicta, ait, vel capsarius, id est, qui portat libros.
p Quæ libros tenet.
q Manus & caput Ciceronis abscissa affigebantur rostris è quibus in Antonium dixerat.
r Mali vel mediocris.

[a] *O fortunatam natam, me conſule, Romam.*
Antoni gladios potuit contemnere, ſi [b] *ſic*
Omnia dixiſſet: ridenda poëmata malo,
Quàm te conſpicuæ divina [c] *Philippica famæ,*
[d] *Volveris à primâ quæ proxima: ſævus &* [e] *illum*
Exitus eripuit, quem mirabantur Athenæ
Torrentem, & pleni moderantem [f] *frena theatri.*
Diis ille adverſis genitus fatoque ſiniſtro,
Quem [g] *pater ardentis maſſæ fuligine* [h] *lippus*
A carbone, & forcipibus, gladioſque parante
Incude, [i] *& luteo Vulcano ad* [k] *rhetora miſit.*
Bellorum exuviæ, [l] *truncis affixa* [l] *trophæis*
Lorica, & fractâ de caſſide buccula pendens,
Et curtum temone jugum, victæque triremis
[m] *Apluſtre, & ſummo triſtis captivus in* [n] *arcu,*
Humanis majora bonis creduntur: [o] *ad hæc ſe*
Romanus, Grajuſque ac barbarus induperator
Erexit, cauſſas diſcriminis atque laboris
[p] *Inde habuit:* tanto major famæ ſitis eſt, quàm
Virtutis: quis enim virtutem amplectitur ipſam,
Præmia ſi tollas? *patriam tamen* [q] *obruit olim*
Gloria paucorum, & laudis titulique cupido
[r] *Hæſuri* [s] *ſaxis cinerum cuſtodibus; ad quæ*
Diſcutienda valent [t] *ſterilis mala robora ficûs;*
Quandoquidem data ſunt ipſis quoque fata ſepulchris.
Expende [u] *Annibalem, quot libras in duce ſummo*
Invenies? hic eſt, quem non capit [w] *Africa* [x] *Mauro*
Perfuſa Oceano, [y] *Niloque admota* [z] *tepenti.*

a Verſum hunc Ciceronis de oppreſſo Catilinâ in ſuo conſulatu à Quintiliano l. 9. c. 4 & aliis vexatum propter vocem *Natam* δυσφώνως ita ratam à malevolorum irriſione vult aſſerere Turneb. 7. 19.

b Tam inepto verſu.

c Oratio ex illis, quas Cic. in Antonium malo omine Philippicas inſcripſit ab iis, quas in Philippum regem habuit Demoſthenes.

d Secunda Philippica.

e Demoſthenem, qui accepto nuncio de Antipatri & Crateri adventu, ex Athenis in Calabriam Thraciæ profugit ad templum Neptuni, à cujus aræ cùm Archias ſatellites eum abſtrahere conaretur, Demoſthenes veneno, quod in calamo habuit, hauſto interiit.

f Populum in theatro, ubi orationes recitabat.

g Pater Demoſthenis μαχαιροποιὸς, qui gladios fabricavit.

h Fumo, fuligine, candente igne.

i Lutoſa Vulcani. i. e. fabri ferrarii officina, *vel* igne.

k Scholam rhetoris Iſæi.

l Monimentis τῆς τῶν ἐχθρῶν τροπῆς; quo enim loco hoſtes fuſi ſe in fugam converterunt, in tumulo ſtipitibus affixa erigebantur ſpolia.

m ἄφλαστα, Lycophr. apluſtria, ornamenta navium, victoriæ navalis monumenta. *Flags.*

n Triumphali è lapide in altum extructo, in quo incidebatur pugna.

o Trophæa, quæ ſumma credunt bona.

p Ex hâc ambitione & bellicæ laudis glorià.

q Cladibus & bellis civilibus.

r Inſcribendi.

s Saxeis ſepulchris in quibus urnæ & cineres conduntur.

t Caprificus, quæ ex muris erumpens ſaxa diſcutit. Perſ. Sat. 1. ỳ. 25. Martial. 10. lib. epigrammate 2.

u Annibalis cineres, *vel* gloriam bellicam.

w Quarta orbis pars: tunc tertia.

x A mari Atlantico ab Occidente, parens ad Nilum ----y---- Ægypti fluvio ab Oriente.

z A ſole verticali.

Rursus ad Æthiopum populos, [a] *alioſq; elephantos,*
Additur imperiis Hiſpania: [b] *Pyrenæum*
Tranſilit: oppoſuit natura [c] *Alpemque nivemque:*
Diduxit ſcopulos, & montem rupit [d] *aceto.*
Jam tenet Italiam; tamen ultrà pergere tendit:
Actum, inquit, nihil eſt, niſi Pœno milite [e] *portas*
Frangimus, & mediâ vexillum pono [f] *Suburrâ.*
O qualis facies, & quali digna tabellâ,
Cùm [g] *Getula ducem portaret bellua* [h] *luſcum!*
Exitus ergò quis eſt? ô gloria! vincitur idem
Nempe, & in exilium præceps fugit, atque ibi magnus
Miranduſque cliens ſedet ad prætoria [i] *regis,*
Donec Bithyno libeat vigilare tyranno.
[k] *Finem animæ, quæ res humanas miſcuit olim,*
Non gladii, non ſaxa dabunt, non tela; ſed ille
Cannarum vindex, ac tanti ſanguinis ultor
[l] *Annulus.* [m] *I, demens, & ſævas curre per Alpeis,*
Ut [n] *pueris placeas, & declamatio fias.*
[o] *Unus* [p] *Pellæo juveni non ſufficit orbis:*
[q] *Æſtuat infelix anguſto limite mundi,*
Ut Gyaræ clauſus ſcopulis, parvâque Seripho.
Cùm tamen [r] *à figulis munitam intraverit urbem,*
[s] *Sarcophago contentus erit:* Mors ſola fatetur,
Quantula ſint hominum corpuſcula: *creditur olim*
[t] *Velificatus Athos, & quidquid* [u] *Græcia mendax*
Audet in hiſtoriâ; cùm ſtratum claſſibus [w] *iſdem*

a Non Indiæ orientalis: ſed Libyæ & Mauritaniæ, ubi etiam elephanti ſunt.
b Montem qui Hiſpaniam à Galliis dividit.
c Nivoſas Alpes, montes qui Italiam à Galliâ & Germaniâ diſterminant.
d Igni & aceto, ut refert Liv. 31.
e Romæ.
f Vico urbis celeberrimo.
g Elephas è Getuliâ parte Libyæ.
h Unoculum, alterum enim oculum amiſerat vigiliis & paluſtri cœlo, dum in Etruriam deſcenderet.
i Antiochi regis Syriæ, donec libeat tranſire & mereri ſub Pruſiâ rege Bithyniæ: *vel* Pruſiæ ipſius, donec evigilare regi libeat. k Lethum Annibali, qui omnia interturbat, non tela, non &c. ſed annulus vindex Cannarum. & ultor modii annulorum, quos ſenatorum & equitum Cannis cæſorum digitis detractos Carthaginem miſit, dabit. l Sub annuli gemmâ venenum in hunc uſum habuit m *Poëta Sarcaſ.* Sat 7, 161. n Qui apud Rhetoras ad declamandum exercebantur. o Cum enim Anaxarchum de infinitis mundis audiſſet diſſerentem, fleviſſe dicitur, dixiſſeque: *me miſerum, qui nondum unius dominus factus ſum.* p Alexandro nato in Pellâ Macedoniæ urbe. q Vix habet in toto mundo ſpirandi locum, quaſi coarctatus eſſet breviſſimâ, utque teſtatur Philo lib. in Flaccum, τῶν ἐν Αἰγαίῳ τῇ λυπηροτάτῃ inſulâ Gyarâ & Seripho, de quibus Sat. 1. 73. & 6. 565. r Babylonem, quam è cocto latere muris cinxit Semiramis, ubi periit Alexander, s Sepulchro, è lapide Aſio, dicto quod cadavera conſumat ex σὰρξ, σαρκὸς & φάγω. Lapis Sarcophagus intra quadraginta dies totum corpus abſumit excepris dentibus. Jul. Cæſ. Scal. Exerc. 291. ſect. 2. t Mons altiſſimus Macedoniæ à Xerxe Perſarum rege abſcindi à continenti juſſus & circumnavigatus. u Hiſtorici Græci vani & mendaces: Herodot. &c. w Quibus Athos fuit velificatus.

a Pons è navibus quo Sefton Abido, Asiam Europæ junxit Xerxes.

a Suppoſitumque rotis ſolidum mare, credimus altos
Defeciſſe amnes, epotaque flumina b Medo
Prandente, & c madidis cantat quæ d Soſtratus alis.
Ille tamen qualis rediit, e Salamine relictâ,
In f Corum atque Eurum ſolitus ſævire flagellis
Barbarus, g Æolio nunquam hoc in carcere paſſos,
Ipſum h compedibus qui vinxerat i Ennoſigæum?
k Mitius id ſanè, quod non & ſtigmate dignum
Credidit: l huic quiſquam vellet ſervire deorum?
Sed qualis rediit? nempe unâ m nave n cruentis
Fluctibus, ac tardâ per denſa o cadavera prorâ.

b Exercitu è Medis & Perſis.

c Furore Poëtico ebrius veritatem & fidem hiſtoriæ excedit.

d Poëta.

e Inſula in mari Euboïco è regione Atticæ: ubi navali prælio ſuperatus eſt à Themiſtocle Xerxes.

f Ventos, quòd pontem ejus disjecerant. Herod. 7.

Has toties optata exegit gloria pœnas.
Da ſpatium vitæ, multos da, Juppiter, annos:
Hoc p recto vultu, ſolùm hoc & q pallidus optas.
Sed quàm continuis & quantis longa ſenectus
Plena malis? *deformem & tetrum ante omnia vultum*
Diſſimilemque r ſui, deformem pro cute pellem,
Pendentesque genas, & tales aſpice rugas,
Qualeis, umbriferos s ubi pandit Tabracha ſaltus,
In vetulâ ſcalpit jam mater ſimia buccâ.
t Plurima ſunt juvenum diſcrimina, pulchrior ille
Hoc, atque ille alio; multùm hic robuſtior illo.
Una ſenum facies, cum voce trementia membra,
Et jam u læve caput, madidique w infantia naſi.
Frangendus miſero gingivâ panis x inermi,
Uſque adeò gravis uxori, natiſque ſibique,
Ut captatori moveat faſtidia y Coſſo.
Non eadem vini atque cibi, torpente palato,
Gaudia: nam coitûs jam longa oblivio; vel ſi
Coneris, jacet exiguus cum z ramice nervus,
Et quamvis totâ palpetur nocte, jacebit.
Anne aliquid ſperare poteſt hæc aa inguinis ægri

g Reſpicit ad Æn. Virg. 1. *Luctantes ventos vinclis & carcere frænat, &c.*

h Trecenta verbera Helleſponto infligi, & par compedum in pelagus injici juſſit. Herodot. Polym.

i Neptunum, ab ἐνέω & γαῖα, quod terram quatiat. A. Gell. 2. 18. k *Ironicè*, quòd non & Neptunum notis inuri juſſerit. l Tam ſtulto & veſano? Herod. 8. m Scaphâ piſcatoriâ. n Sanguine Perſarum. o Suorum cæſorum & in undis fluitantium. p Non demiſſo vultu aut arcano ore ut cætera. Perſ. Sat. 2. ỳ. 8. q Anxius & ſollicitus. r Olim juvenis. s In ſylvis juxta Tabrachàm in Africâ minori, ſimiarum plenis: ſenis autem ῥύγχος ἄνευ τριχιδίων. t Diſſimilitudo in vultu plurima. u Calvum. w Inſtar infantium, quaſi ſecunda infantia. x Edentula. y Hæredipetæ ipſi. *Emphaticè*. z Hernia, ſcroti tumore. Sat. 6. ỳ. 325. aa Quod tamen omnium noviſſimè, humore radicali deſtitutum, caneſcit.

Canities? quid, quòd meritò ſuſpecta [a] *libido eſt,*
Quæ Venerem affectat ſine viribus? aſpice [b] *partis*
Nunc damnum alterius: nam quæ cantante voluptas,
Sit licèt eximius citharœdus, ſitve [c] *Seleucus,*
Et [d] *quibus auratâ mos eſt fulgere lacernâ?*
Quid refert magni ſedeat quâ parte theatri,
Qui vix cornicines exaudiat, atque tubarum
Concentus? clamore opus eſt, ut ſentiat auris,
Quem dicat veniſſe puer, quot nunciet horas.
Prætereà minimus gelido jam corpore ſanguis
Febre calet ſolâ: circumſilit, agmine facto,
Morborum omne genus, [e] *quorum ſi nomina quæras,*
Promptiùs expediam, quot amaverit [f] *Hippia mœchos;*
Quot [g] *Themiſon agros autumno occiderit uno,*
Quot [h] *Baſilus ſocios, quot* [i] *circumſcripſerit* [k] *Irus*
Pupillos, quot longa viros exſorbeat uno
[l] *Maura die, quot diſcipulos* [m] *inclinet Amillus;*
Percurram citiùs quot villas poſſideat nunc,
[n] *Quo tondente gravis juveni mihi barba ſonabat.*
Ille humero, hic lumbis, hic coxâ debilis, ambos
Perdidit ille oculos, & [o] *luſcis invidet, hujus*
Pallida labra cibum capiunt digitis alienis:
Ipſe ad conſpectum cœnæ diducere rictum
Suetus, hiat tantùm, ceu pullus hirundinis, ad quem
Ore volat pleno mater [p] *jejuna: ſed omni*
Membrorum damno major [q] *dementia, quæ nec*
Nomina ſervorum, nec vultum agnoſcit amici,
Cum quo præteritâ cœnavit nocte, [r] *nec illos,*
Quos genuit, quos eduxit: nam [s] *codice ſævo*
Hæredes vetat eſſe ſuos; [t] *bona tota feruntur*
Ad [u] *Phialen: tantum artificis valet halitus oris,*
Quòd ſteterat multis in carcere fornicis annis.
[w] *Ut vigeant ſenſus animi, ducenda tamen ſunt*
Funera natorum, rogus aſpiciendus amatæ
Conjugis & fratris, plenæque [x] *ſororibus urnæ.*

a Irrumandi: quod de Tiberio ſcribit Suet. c. 44. *Proniòr erat* (inquit) *ad id genus libidinis & naturâ & ætate* & Martial. 50. ep. l. 4.
b Auditûs.
c Etiam eximius tibicen, qualis fuit Seleucus.
d Optimi enim tibicines veſtes longas & ſplendidas, pallam & tunicam talarem induti vagabantur per pulpita. Horatius ad Pi ones. *Tibicen traxitque vagus per pulpita veſtem.* ỳ. 215.
e *Hemiſtich. Ovid.*
f De quâ Sat. 6. 82.
g Medicus.
h Prætor ſpolians provinciales.
i Defraudârit.
k Impius tutor.
l De quâ Sat. 6. ỳ. 307.
m Sat. 9. ỳ. 26.

Incurvet. Martial. l. 11. epigr. 44. n Sat. 1. 25. o Ipſe in totum cæcus habet quod luſcis invideat. p Ut cibet pullos ore pleno, ipſa ventre jejuno. q Ubi memoria, ratio, & omnia mentis organa deficiunt. r Nec liberos ſuos quos per oblivionem vel impietatem exhæredat. s Teſtamenti tabulis impiis. t Hæredem ex aſſe inſtituit. u Fellatricem, quæ ore impuro morigera ſenis demeruit hæreditatem, ſup. ỳ. 208. w Fac tamen vigeant ſenſus animi. x Sororum oſſibus & cinere.

Hæc data pœna diu viventibus, ut renovatâ
Semper clade domûs, multis in luctibus inque
Perpetuo mœrore & [a] nigrâ veſte ſeneſcant.
[b] Rex Pylius (magno ſi quicquam credis Homero)
Exemplum [c] vitæ fuit à cornice ſecundæ.
Felix nimirum, qui [d] tot per ſecula mortem
Diſtulit, atque ſuos jam [e] dexter a computat annos,
Quique novum [f] toties muſtum bibit: oro, parumper
Attendas, quantum de legibus & ipſe queratur
Fatorum, & nimio de ſtamine, [h] cùm videt acris
Antilochi barbam ardentem: nam quærit ab omni,
Quiſquis adeſt, ſocio, cur hæc in tempora duret;
Quod facinus dignum tam longo admiſerit ævo.
Hæc eadem [i] Peleus, raptum cùm luget Achillem,
Atque [k] àlius, cui fas [l] Ithacum lugere [m] natantem.
Incolumi Trojâ Priamus veniſſet [n] ad umbras
[o] Aſſaraci magnis ſolennibus, Hectore funus
Portante, ac [p] reliquis fratrum cervicibus, inter
[q] Iliadum lacrymas, ut primos edere planctus
[r] Caſſandra inciperet, ſciſſâque [s] Polyxena pallâ:
Si foret extinctus [s] diverſo tempore, quo jam
Cœperat [t] audaces Paris ædificare carinas.
Longa dies igitur quid contulit? omnia vidit
Everſa, & flammis [u] Aſiam ferroque cadentem.
Tunc [w] miles tremulus poſitâ tulit arma [x] tiarâ,
Et ruit ante aram ſummi [y] Jovis, ut vetulus bos,
Qui domini cultris tenue & miſerabile collum
Præbet, ab [z] ingrato jam faſtiditus aratro.
Exitus ille utcunque [z] hominis: ſed torva canino

a Pullâ, lugubri.
b Neſtor, qui regnabat in Pylo urbe Laconiæ.
c Cùm tres hominum ætates ab Homero vixiſſe dicatur, proximè acceſſit ad ætatem cornicis, quæ novem vivere fertur.
d Tria ſcil.
e Videtur Poëta innuere Neſtorem 300 annos vixiſſe, cùm alii 30 annis ætatem terminantes, 90 eum vixiſſe dicant: completo enim centenario numero in ſiniſtrâ, ulteriorem computat vitæ numerum in dextrâ: ἀναπεπαύζα. Lycophron. de quâ ratione vide Cœl. Rhod. 23. lib. c. 12 & Lilii Gyraldi Dial. 2. & epigr. Græc. lib 2. c. 9. de anu præ quâ Neſtor non erat ſenex: ἡ χερὶ λαιῇ Γήρας ἀειμώδεα δύτερον ἀρξαμένη. *Ecce autem avortit niſus lævâ, ...dextrâ digitis rationem computat.* Plaut. Miles, Act. 2. Scen. 2.
f Tot autumnis.
g Cui Parcæ nimium parcant.
h Cùm videt fortem filium ſuum Antilochum jam grandem & barbatum occiſum & rogo ardentem: σκεψώμεθα καὶ τὸ Ἀντίλοχον, ἥβης ἔχει μὲν ὑπήνης πρόσω. &c. Philoſtratus 2. l. Iconum.
i Pater Achillis.
k Laërtes.
l Ulyſſem filium ſuum, Ithacæ ducem.
m Per maria decennali errore jactatum, *vel* ſimpliciter è naufragio enatantem ad Calypsûs inſulam. Odyſſ. 11.
n Ad ſepulchra majorum.
o Avi ſui fratris.
p Filiis adhuc viventibus, qui patris funus efferrent.
q Trojanarum mulierum.
r Priami filiæ: illa vates præſcia & prædicens excidium Trojæ: hæc in publicâ clade & tot ſuorum funeribus lugens & veſtes ſuas diſcindens.
s Priùs quàm.
t Quibus Helenam raperet, ipſe audax.
u Aſiæ partem magnam.
w Æneid. 2. ℣. 509. *Arma diu ſenior deſuneta &c.*
x Pileo Perſico, vide Briſſ. 2. de regno Perſ.
y Hercii.
z *Pathos vel Metonym.* ab ingrato agricolâ, qui bovem jam per annos agro colendo inutilem interficit.
z Viri, *vel* non belluæ, ut....

Latravit victu, quæ poſt hunc vixerat, [a] *uxor.*
Feſtino ad [b] *noſtros, &* [c] *regem tranſeo Ponti,*
Et [d] *Cræſum,* quem vox juſti facunda Solonis
Reſpicere ad longæ juſſit ſpatia ultima vitæ.
[e] *Exilium, & carcer, Minturnarumque paludes,*
Et mendicatus victâ Carthagine panis,
[f] *Hinc cauſas habuere: quid illo cive tuliſſet*
Natura in terris, quid Roma beatius unquam,
Si [g] *circumducto* [h] *captivorum agmine, & omni*
Bellorum pompâ, animam exhalâſſet [i] *opimam,*
Cùm de [k] *Teutonico vellet deſcendere curru?*
[l] *Provida Pompejo dederat Campania febres*
Optandas, ſed multæ urbes, & publica vota
Vicerunt: igitur fortuna ipſius & urbis
Servatum victo caput abſtulit: [m] *hoc cruciatu*
* *Lentulus, hâc pœnâ caruit, ceciditque* * *Cethegus*
Integer, & jacuit * *Catilina cadavere toto.*
Formam optat modico pueris, majore puellis
Murmure, cùm [n] *Veneris fanum videt anxia mater,*
[o] *Uſque ad delicias votorum:* [p] *cur tamen, inquit,*
Corripias? pulchrâ gaudet Latona Dianâ.
Sed vetat optari faciem [q] *Lucretia, qualem*
Ipſa habuit: cuperet [r] *Rutilæ* [s] *Virginia gibbum*
Accipere, atque ſuam Rutilæ dare: filius autem
Corporis egregii miſeros [t] *trepidoſque parentes*
Semper habet: rara eſt adeò concordia formæ
Atque pudicitiæ; *ſanctos licèt* [u] *horrida mores*
Tradiderit * *domus, ac veteres imitata* [w] *Sabinas.*
Præterea † *caſtum ingenium, vultumque modeſtum*
[x] *Sanguine ferventem tribuat* † *natura benigna*

a ..... Hecuba uxor Priami in canem converſa.
b Romana exempla.
c Mithridatem, qui 40 annorum belli tædia, veneno, cùm non poſſet gladio, finivit.
d Lydiæ regem, longæ vitæ miſeriarum admonitum à Solone Athenienſi, qui regi ſe beatùm exiſtimanti prouunciavit, neminem ante obitum felicem.
e C. Marii ærumnæ, qui à Syllâ ſuperatus è palude in Minturnis, ubi latuit, extractus & in carcerem conjectus, dein exul panem mendicavit in Africâ.
f Ex vitâ longâ.
g In triumpho. h Cimbrorum & Teutonum. *Juytlanders & Eaſterlings.*
i Lætam, triumphantem & quaſi opima ſpolia ferentem. k Quo de Teutonibus triumphans vehebatur. l Cùm Pompeius Neapoli in Campaniâ gravi laboraret febri (quæ futuris malis voluit eum eripere) ſuſcepta publicè vota & maligna longi fati fortuna caput ejus à Cæſare victi gladiis Achillæ & Photini, à Ptolemæo in hoc miſſorum, reſervârunt.
m Non capite abſciſſo. * Conjurator in patriam, notus ex Salluſtio.
n Quæ venuſtatis dea eſt. o Delicias etiam votis concipit. p Et cur (objiciet aliquis) hæc vota reprehendas? & Latona ipſa gaudet Dianâ filiâ, quia pulchra ſit. q Quæ propter formam à Tarquinio Sexto per vim conſtuprata ſibi mortem conſcivit. r Deformis & gibboſæ. s Filia L. Virginii, plebeii, quæ nè in libidinoſum Appii Claudii ſervitium veniret, à patre fuit interfecta. t De caſtitate filii: * *Honeſta educatio,* & † *natura caſta.* u Pauperies pudicitiæ mater. w Caſtiſſimas Sat. 6. 164. x Pudibundum, rubeſcentem, quæ virtutis eſt tinctura.

Larga manu, (quid enim puero conferre poteſt [a] *plus*
Cuſtode, & curâ natura potentior omni?)
[b] *Non licet eſſe viros, nam prodiga corruptoris*
Improbitas ipſos audet tentare parentes. 305
Tanta in muneribus fiducia: [c] *nullus ephebum*
[d] *Deformem ſævâ caſtravit in arce tyrannus,*
Nec prætextatum rapuit Nero loripedem, nec
Strumoſum, atque utero pariter, gibboque tumentem.
[e] *I nunc, &, [f] juvenis, ſpecie lætare tui, quem* 310
Majora exſpectant diſcrimina: fiet adulter
Publicus, & pœnas metuet, quaſcunque maritus
Exigit iratus: nec erit felicior aſtro
[g] *Martis ut in laqueos nunquam incidat: exigit autem*
Interdum ille dolor plus, quàm lex ulla dolori 315
Conceſſit; necat hic ferro, ſecat ille cruentis
Verberibus, quoſdam mœchos & [h] mugilis intrat.
Sed tuus [i] Endymion [k] dilectæ fiet adulter
Matronæ: mox cùm dederit [l] Servilia nummos,
Fiet & illius, quam non amat; [m] *exuet omnem* 320
Corporis ornatum: quid enim ulla negaverit [n] *udis*
Inguinibus, ſive eſt hæc [o] *Hippia, ſive* [p] *Catulla?*
[q] *Deterior totos habet illic fœmina mores.*
[r] *Sed caſto quid forma nocet?* [s] *quid profuit olim*
[t] *Hippolyto grave propoſitum?* [u] *quid Bellerophonti?*
Erubuit nempe [w] *hæc, ceu faſtidita repulsâ:* 326
Nec Stenobœa minùs quàm Creſſa excanduit, & ſe
[x] *Concuſſere ambæ:* mulier ſævissima tunc eſt,
Cùm ſtimulos odio [y] pudor admovet: *elige*
[z] *quidnam*

[a] Cautâ inſtitutione.
[b] Sed vel corrumpuntur vel caſtrantur.
[c] Satyr. 6. ỳ. 370.
[d] Sed pulcherrimum quoque ut Sporum, & alia *ingenuorum pædagogia.* Sueton. Nero cap. 28.
[e] *Ironicè hæc ad matrem.*
[f] Filii tui.
[g] Marte à Vulcano in adulterio cum Venere deprehenſo & irretito.
[h] Piſcis quem in ſupplicium adulteris deprehenſis mariti per poſteriora immittunt, ut & raphanum: patente portâ percurrebant eos raphani mugileſque.
[i] Sed tuus fortè filius pulcher & amabilis, ut Endymion Lunæ dilectus, electas ſolas & formoſas amabit fœminas. Imò, *inquit Poëta,* & mox etiam deformes, & turpes, ubi pretium illi dederint.
[k] Quam diligit & deligit, non ejus à quâ precio corruptus eſt & conductus.
[l] Deformis & dives, qualis erat Servilia Bruti mater, quæ Cæſari dediſſe credebatur, referente Plutarcho.
[m] Ut adultero donet.
[n] Veneri.
[o] Nobilis ac prodiga.
[p] Plebeia ac avara.
[q] In cæteris malè morata, hìc induit comitatem, liberalitatem, &c. ut mœchis largiatur.
[r] *Objectio.*
[s] *Reſponſio.* Neque enim grave propoſitum caſtæ vitæ periculis exemit Hippolytum & Bellerophontem.
[t] Filio Theſei, qui à novercâ Phædrâ, cujus inceſto amori non reſpondebat, apud patrem ſtupri falsò accuſatus, dum patris iram fugeret, ab equis territis disjectus curru, & diſcerptus eſt.
[u] Filio Glauci, qui Stenobœam Prœti regis Argivorum uxorem ipſum ad adulterium pellicientem aſpernatus, poſt multa hinc pericula periit.
[w] Phædra Minois regis Cretæ filia.
[x] Se in ultionem excitavere.
[y] Furor ex repudiato amore.
[z] Ducat Meſſalinam, necne? utrinque enim mors.

Suadendum

Suadendum eſſe putes, [a] *cui nubere* [b] *Cæſaris uxor*
Deſtinat: optimus hic, & formoſiſſimus idem
Gentis patriciæ rapitur miſer extinguendus
[c] *Meſſalinæ oculis: dudum ſedet illa parato*
[d] *Flammeolo,* [e] *Tyriuſq; palàm* [f] *genialis in* [g] *hortis*
Sternitur, & [h] *ritu decies centena dabuntur*
Antiquo, veniet cum [i] *ſignatoribus* [k] *auſpex.*
Hæc tu ſecreta, & paucis commiſſa putabas:
[l] *Non niſi legitimè vult nubere: quid placeat, dic:*
Ni parère velis, [m] *pereundum eſt ante lucernas.*
Si ſcelus admittas, dabitur mora parvula, dum res
Nota urbi & populo contingat [n] *Principis aures.*
Dedecus [n] *ille domûs ſciet ultimus: interèa tu*
Obſequere [o] *imperio, ſi tanti eſt vita dierum*
Paucorum: [p] *quicquid levius, meliuſq; putâris,*
Prædenda eſt gladio pulchra hæc & candida cervix.
[q] *Nil ergò optabunt homines?* [*] *ſi conſilium vis,*
[r] Permittas ipſis expendere numinibus, quid
Conveniat nobis, rebuſque ſit utile noſtris:
Nam pro jucundis aptiſſima quæque dabunt dii.
Charior eſt illis homo, quàm ſibi: *nos* [s] *animorum*
Impulſu, & cæcâ magnâque cupidine ducti
Conjugium petimus, partumque uxoris: at illis
Notum, qui pueri, qualiſque futura ſit uxor.
Ut tamen & poſcas aliquid, voveaſque ſacellis
[t] *Exta, & candiduli* [u] *divina tomacula porci,*
[w] Orandum eſt, ut ſit mens ſana in corpore ſano.
Fortem poſce animum, & mortis terrore carentem,
[x] *Qui ſpatium vitæ extremum inter munera ponat*

a C. Silium Cos. deſignatum juvenem formoſiſſimum deperibat Meſſalina, cui nupta cauſa exitii fuit. Tacit. 11. Sueton. in Claud.

b Meſſalina Claudii Cæſaris uxor.

c Amore, qui ex oculis, *vel* nece: ante Meſſalinæ enim oculos occiſus eſt.

d Veſte nuptiali. Sat. 2. ℣. 124.

e Purpureâ togâ, *vel* ſtrâgulo tectus.

f Lectus genialis, Θάλαμος ſternitur in honorem Genii Junonisque γαμηλίου· de quo vid. Perſ. Sat. 2. ℣. 3.

g Lucullianis.

h Decies centena millia ſeſtertiûm, qui in dote lautiorum mos & numerus legitimus noſtræ monetæ 7812. l. 10. ff. i Notariis, qui tabulas nuptiales ſignent. *Conſitlem deſignatum, cum uxore Principis, prædictâ die adhibitis qui obſignarent, velut ſuſcipiendorum liberorum causâ, convenisſe: atque illam audiiſſe auſpicium verba, ſubiiſſe, ſacrificâſſe,* &c. Tacit. 11. Annal. k Auſpices nuptiis interponuntur ex more majorum, qui nihil ſine auſpicio gerebant. l Idque vivo marito Claudio Imp. *Jamque Oſtiam tantùm profecto ſacrificii causâ.* Tacit. 11. Ann. non adulterio contenta. m Ante noctem interficiendus es à Meſſalinâ. n Claudii. o Meſſalinæ imperio & amori. p Utrum optâris, tibi pereundem utique eſt. q *Object.* * *Reſp.* r Vide Socratis dictum in Val. Max. lib. 7. c. 1. & ejuſdem Socr. apud Xenophont. ἀπομνημ· ὡ εὔχετο πρὸς τοὺς θεοὺς ἁπλῶς τ' ἀγαθὰ διδόναι ὡς τοὺς θεοὺς κάλλιστα εἰδότας ὁποῖα ἀγαθὰ ἐστί. &c. s Affectuum. t Quòd ea diis proſecentur, quæ maximè extent eminentq; (inquit Feſtus) at rectiùs quia execta. u Farcimina è jecore & carnibus porcinis conciſis: à τέμνω, ſacrificiis adhibitis. w Roga bonam mentem, bonam valetudinem animi deinde corporis, &c. Sen. ep. 10. x Qui mortem eſſe naturæ munus ducat.

Naturæ

Naturæ, qui ferre queat quoſcunque dolores,
Neſciat iraſci, cupiat nihil, [a] *& potiores*
Herculis ærumnas credat ſævoſque labores,
Et venere, & cœnis, & plumis [b] *Sardanapali.*
Monſtro [c] *quod ipſe tibi poſſis dare:* ſemita certè
Tranquillæ per virtutem patet unica vitæ.
Nullum numen abeſt, ſi ſit prudentia: ſed te
[d] Nos facimus, Fortuna, deam, cœloque locamus.

a Ærumnas cum virtute præferat deliciis & voluptatibus.
b Ultimi Aſſyriorum regis, viri molliſſimi.
c Ut ex te & tuâ virtute omnia bona & felicitatem petere poſſis.
d Per imprudentiam noſtram locum Fortunæ inter numina relinquimus.

SATYRA XI.

Perſico, quem ad cœnam invitat, frugalitatem commendat: pauperumque perſtringens luxum, docet faciendos eſſe ſumptus pro ſuarum cujuſque facultatum modulo.

[a] *ATticus eximiè ſi cœnat, lautus habetur;*
Si [b] *Rutilus, demens:* quid enim majore cachinno
Excipitur vulgi, quàm [c] pauper Apicius? [d] *omnis*
Convictus, thermæ, [e] *ſtationes, omne theatrum*
De [f] *Rutilo: nam dum valida ac juvenilia membra*
Sufficiunt galeæ, dumque ardent ſanguine, fertur
Non cogente quidem, ſed nec prohibente, tribuno,
[g] *Scripturus leges, & regia verba laniſtæ.*
[h] *Multos porrò vides, quos ſæpe eluſus ad ipſum*
Creditor introitum ſolet expectare macelli,
Et quibus in ſolo vivendi cauſa palato eſt.
[i] *Egregiùs cœnat, meliúſque miſerrimus horum,*
Et citò caſurus, jam [k] *perlucente ruinâ.*
Intereà guſtus elementa per omnia quærunt,
Nunquam animo pretiis obſtantibus: interiùs ſi
Attendas, magis illa juvant quæ pluris emuntur.
Ergò haud difficile eſt perituram [l] *arceſſere ſummam*

a Nobilis & dives.
b Pauper, qui patria bona exhauſit.
c Redactus ad pauperiem ex luxu, ut Apicius, de quo Sat 4. ỳ. 23 *vel*, pauper qui luxurioſus.
d Omnes in conviviis, thermis, ſtationibus, in foro, theatro loquuntur.
e Loca in foro Romano, in quibus conveniebant, & conſiſtebant, ſermones ſerebant, in aliis Senatores, in aliis juvenes, in aliis municipes.
f Qui abſumptis gulâ bonis ad gladiatoriam ſe contulit. Sic emendat Jan. Rutgerſius, ut conſtet ſenſus, l. 2. var. lect. c. 17.
g Exſcribit præcepta de ictibus, declinationibus, & tractandorum armorum ratione à laniſtâ dictata, & imperata, quæ meditetur & exerceat. vide Sueton. Jul. Cæſ. c. 26. Hirtium de bello Africo & Val. Max. 2. l. 3. c. de P. Rutilio.
h Obæratos, obſonia tamen lautiſſima ementes.
i Adverbium comparat. ſic Lucret. l. 4. ỳ. 469. *Nam nihil egregiùs, quàm res ſecernere*, &c.
k Metaph. ab hianti & ruinoſo muro.
l Contrahere æs.

Lancibus [a] *oppoſitis, vel matris* [b] *imagine fractâ,*
Et quadringentis nummis condire [c] *guloſum*
Fictile: ſic [d] *veniunt ad miſcellanea ludi.*
Refert ergò quis hæc eadem paret: in [e] *Rutilo nam*
Luxuria eſt, in [f] *Ventidio laudabile nomen*
Sumit, & à cenſu famam trahit: illum ego jure
Deſpiciam, [g] *qui ſcit quanto ſublimior* [h] *Atlas*
Omnibus in Lybiâ ſit montibus; hic tamen idem
Ignoret, quantum ferratâ diſtet ab [i] *arcâ*
[k] *Sacculus:* [l] è cœlo deſcendit, γνῶθι σεαυτὸν,
Figendum & memori tractandum pectore; ſive
Conjugium quæras, vel [m] *ſacri in parte ſenatûs*
Eſſe velis: nec enim [n] *loricam poſcit Achillis*
[o] *Therſites, in quâ ſe* [p] *traducebat Ulyſſes*
Ancipitem: ſeu tu magno diſcrimine cauſſam
Protegere affectas; [q] te conſule, dic tibi quis ſis,
Orator, [r] *vehemens an* [s] *Curtius, an* [t] *Matho;* buccæ
Noſcenda eſt menſura tuæ; *ſpectandaque rebus*
In ſummis minimiſque, etiam cùm piſcis emetur:
Nec mullum cupias, cùm ſit tibi [u] gobio tantùm
In loculis: quis enim te, deficiente crumenâ
Et creſcente gulâ, manet exitus; *ære paterno*
Ac rebus merſis in ventrem fœnoris atque
Argenti gravis & pecorum agrorumque [w] *capacem?*
[x] *Talibus à dominis poſt cuncta noviſſimus exit*
[y] *Annulus, & digito mendicat* [z] *Pollio nudo.*
Non præmaturi [aa] *cineres, nec funus acerbum*
[bb] *Luxuriæ, ſed morte magis metuenda ſenectus.*
Hi plerumque [cc] *gradus: conducta pecunia Romæ,*
Et coram [dd] *dominis conſumitur: inde, ubi paulùm*
Neſcio quid ſupereſt, & [ee] *pallet fœnoris author,*
Qui [ff] *vertêre ſolum,* [gg] *Bajas, & ad* [hh] *Oſtia currunt.*

a Pignori.
b Aureâ, argenteâ, aheneâ, nè cognoſcatur, fractâ.
c Amplum, *vel* Hypallage, ſibi guloſo.
d Gulâ deveniunt ad gladiatorum patinas & ludos.
e Paupere ex luxu.
f Divite. Perſ. Sat. 4. ỳ. 25.
g Qui extra ſe & foris ſapit, intus & domi ſuæ hoſpes.
h Mons Mauritaniæ, Sat. 13. ỳ. 48.
i Divitis. Sat. 10. ỳ. 25.
k Modicæ opes ſuæ.
l Divina illa Chilonis ſententia *Noſce te ipſum*, è cœlo videtur deſcendiſſe.
m Senator vel magiſtratus.
n In certamine de armis Achillis donandis optimè merito.

o De quo Sat. 8. ỳ. 269. p Per modeſtiam ambigere videbatur, an & ipſe peteret, vilem ſe & indignum ferens. q Tuas perpende vires, an ferre valeas. r Optimus. s Mediocris, ut Curtius Montanus. t Infimæ notæ rabula, ut Matho, Sat. 1. ỳ. 32. u Quo emas gobionem. w Ventrem verè Ereſichthonium. x Helluonibus. y Equeſtre inſigne. z Decoctor. aa Non mors præmatura, quam per ingluviem ſibi accelerant, ſed ſenectus morbis & inopiâ oppreſſa luxurioſis eſt miſera & timenda. bb Luxurioſo. cc Perditæ gulæ in paupertatem ſe præcipitantis. dd Creditoribus. ee Timet fœnerator nè creditum perdat. ff Patriam mutârunt, fugerunt. gg Satyr. 3. ỳ. 4. hh Portum ad oſtia Tiberis ſexdecim à Româ milliaribus, hinc navigaturi.

[a] *Cedere namque foro jam* [b] *non tibi deterius, quàm*
[c] *Eſquilias à* [d] *ferventi migrare* [e] *Suburrâ.*
Ille dolor ſolus patriam fugientibus, illa
Mœſtitia eſt, [f] *caruiſſe anno Circenſibus uno.*
[g] *Sanguinis in facie non hæret gutta:* [h] morantur
Pauci ridiculum, & fugientem ex urbe pudorem.
Experiêre hodie nunquid [i] *pulcherrima dictu,*
Perſice, non præſtem vitâ, nec moribus & re,
Sed laudem ſiliquas occultus ganeo, pultes
Coram aliis dictem puero, ſed in aure placentas.
Nam cùm ſis conviva mihi promiſſus, habebis
[k] *Evandrum, venies* [l] *Tirynthius, aut* [m] *minor illo*
Hoſpes, & ipſe tamen [n] *contingens ſanguine cœlum;*
[o] *Alter aquis,* [p] *alter flammis ad ſidera miſſus.*
Fercula nunc audi [q] *nullis ornata macellis.*
De Tiburtino veniet pinguiſſimus agro
Hœdulus, & toto grege mollior, [r] *inſcius herbæ*
Necdum auſus virgas humilis mordere ſalicti;
Qui plus lactis habet, quàm ſanguinis: & [s] *montani*
Aſparagi, [t] *poſito quos legit villica fuſo.*
Grandia præterea, [u] *tortoque calentia fœno*
Ova adſunt ipſis cum [w] *matribus; & ſervatæ*
Parte anni, quales fuerant in vitibus, uvæ;
[x] *Signinum,* [y] *Syriumque pyrum, de corbibus iſdem*
[z] *Æmula Picenis, & odoris mala recentis,*
Nec metuenda tibi, [aa] *ſiccatum frigore poſtquàm*
Autumnum & crudi poſuere pericula ſucci.
Hæc olim noſtri [bb] *jam luxurioſa* [cc] *ſenatûs*
Cœna fuit. [dd] *Curius, parvo quæ legerat horto*
Ipſe, focis brevibus ponebat oluſcula, quæ nunc

a Non comparere in foro. Ital. *la Piazza.* Germ. *die Borſe.*
b Non majori honoris jacturâ jam fit, quàm per æſtatis fervorem ex urbe mediâ ſecedere in ſuburbanum, aut ruſticari: *to go take the Air.*
c Ad frigidiorem locum in colle Eſquiliarum dicto, quod in eo Tull. Hoſtilius excubias poſuerit: *vel,* quod eum priùs neglectum excoluerit.
d Frequentiâ & turbâ populi.
e Sat. 3. ỳ. 5.
f Sat. 3. ỳ. 223. & Sat. 10. ỳ. 81.
g Non erubeſcunt.
h Vix reperias, qui pudorem, cujus jam pleroſque pudet, & qui ex urbe fugit, ut Juſtitia quondam & Verecundia ex orbe, retinere curet.
i Laudatam à me frugalitatem.
k Me hoſpitem frugalem qualis fuit Evander, qui Herculem ex Hiſpaniâ redeuntem vili excepit convivio, & poſteà Æneam. Virg. Æn. 8.
l Hercules à Tirynitho oppido Argivorum, patriâ ejus.
m Æneas.
n Ex Venere natus.
o Æneas Numicio fluvio ſubmerſus.
p Hercules, venenatâ tunicâ à Dejanirâ immiſsâ, furens pyram in OEtâ monte extructam conſcendit & abſumptus eſt.
q Virg. 4. Georg. *Dapibus menſas onerabat inemptis.*
r Ubere non depulſus, non ablactatus.
s Corrudæ.
t Intermiſsâ colo cum fuſo.
u Calentia à fœno in nidum torto, i. e. recentia.
w Gallinis.
x A Signiâ Latii oppido.
y Tarentina, quæ primò è Syriâ advenere.
z Hor. Satyr. 4. lib. 2. ỳ. 70 *Picenis cedunt pomis Tiburtia.*
aa Quæ crudum & noxium, quem Autumno habuerant humorem, ætate mitia excoxerint.
bb Etiam luxurioſa.
cc Senatorum.
dd Curius Dentatus frugalitate abundè laudatus.

[a] *Squallidus*

[a]*Squallidus in magnâ faſtidit compede foſſor,*
Qui meminit calidæ ſapiat quid [b]*vulva popinæ.*
[c]*Sicci terga ſuis rarâ pendentia crate*
Moris erat, quondam [d]*feſtis ſervare diebus,*
Et [d]*natalitium cognatis ponere lardum,*
Accedente novâ, [e]*ſi quam dabat hoſtia, carne.*
Cognatorum aliquis titulo ter conſulis, atque
Caſtrorum imperiis, & dictatoris honore
Functus, ad has epulas [f]*ſolito maturius ibat,*
* *Erectum* [g]*domito referens à monte ligonem,*
Cùm tremerent autem [h]*Fabios, durumq; Catonem,*
Et Scauros, & Fabricios, [i]*rigidique ſeveros*
Cenſoris mores etiam collega timeret;
Nemo [k]*inter curas & ſeria duxit habendum,*
Qualis in Oceani fluctu [l]*teſtudo nataret,*
Clarum [m]*Trojugenis factura ad nobile fulcrum;*
Sed [n]*nudo latere, & parvis* [o]*frons ærea lectis*
Vile coronati caput oſtendebat aſelli,
Ad quod laſcivi ludebant ruris alumni.
Tales ergò cibi, qualis domus, atque ſupellex.
Tunc rudis, & Grajas mirari neſcius artes,
Urbibus everſis [p]*prædarum in parte reperta*
Magnorum artificum frangebat [q]*pocula miles,*
[r]*Ut phaleris gauderet equus; cælataque caſſis*
Romulea ſimulachra feræ, manſueſcere juſſæ
Imperii fato, & geminos ſub rupe Quirinos,
Ac nudam effigiem clypeo fulgentis & haſtâ,
Pendentiſque dei, perituro oſtenderet hoſti:
Argenti quod erat ſolis fulgebat in armis.
Ponebant igitur [s]*Thuſco farrata catino*

a Satyr. 8 183. & Perſ. 6. ỳ. 40.
b Poſterior pars Porcæ, *vel* ejectitia ſuis primiparæ vulva delicatè præparata in popinâ.
c In crate lignea fumo & vento expoſiti ad ficcandum.
d Natali ſeu feſto veluti pro ſummis deliciis
e Si fortè hoſtiam mactarent.
f Tanquam ad apparatum lautiorem.
* Humeris ſublatum.
g Culto, ſubacto.
h Cenſores rigidos & luxui infeſtos.
i Fabium Maximum qui P Decium collegam notavit, ut parum ſeverum cenſorem.

k Ac ſi res ſeria eſſet & neceſſaria. l Cujus *putamina ſecare in lamınas, lectoſque iis* ornare *Carvilius Pollio inſtituit.* Plin. l. 9. c. 11. cujuſmodi lectos Clem. Alexand. χελώνως παρεικιλμένους κοίτας vocat. Lucian. κλίνην ἀπὸ χελώνης Ἰνδικῆς vertit, Apulei lectum Indicâ teſtudine pellucidum. *Mother of Pearl.* Senec. Elaboratam ſcrupulosâ diſtinctione teſtudinem. 7. de Benef. 9. m Romanis. n Sine fulcro aut latere ad quod ſe inclinent, *pillar or back.* o Anterior lecti pars ære ornata ſuſtinebat caput aſini ſerto coronati, ex Etruſcâ ſuperſtitione, quæ hinc agri incommoda arceri credebat, vide Scoppæ collect. cap. 27. p Inter prædas. q Argentea ſive aurea. r Ut inde phaleras equo conficeret, & cœlaret caſſidem, quæ oſtenderet perituro hoſti effigiem lupæ, quæ imperii fato juſſa manſueſcere & lac præbere Romulo & Remo ſub rupe Quirinalis montis, & oſtenderet perituro hoſti ipſos geminos, & effigiem nudam Martis fulgentis clypeo, atque haſtâ. & pendentis in clypeo de ſiniſtro humero. s Fictili catino ex Hetruriâ, vel more Thuſco. Perſ. Sat. 2. ỳ. 60. ponebant cibaria è farre & pultes, de quibus vide quæ ad 171. ỳ. Sat. 14.

Omnia

Omnia tunc; quibus invideas, ſi lividulus ſis.
Templorum quoque majeſtas præſentior, & vox
Nocte fere mediâ, mediamque [a] audita per urbem,
*Litore ab * Oceani Gallis venientibus, & [b] diis*
Officium vatis peragentibus, his monuit nos.
Hanc rebus Latiis curam præſtare ſolebat
[c] Fictilis, & nullo violatus Juppiter auro.
Illa [d] domi natas noſtrâque ex arbore menſas
Tempora viderunt; [e] hos lignum ſtabat in uſus,
Annoſam ſi fortè nucem dejecerat Eurus.
At nunc *divitibus cœnandi nulla voluptas,*
Nil rhombus, nil dama ſapit; putere videntur
Unguenta, atque [f] roſæ, latos niſi ſuſtinet [g] orbes
Grande [h] ebur, & magno ſublimis pardus hiatu,
Dentibus ex [i] illis, quos mittit porta [k] Syenes,
Et Mauri celeres, & Mauro [l] obſcurior Indus,
Et quos depoſuit [m] Nabathæo [n] bellua ſaltu,
Jam nimios, capitique graves: [o] hinc ſurgit orexis,
Hinc [p] ſtomacho bilis: † nam pes argenteus illis,
Annulus in digito quod ferreus: ergo ſuperbum
Convivam caveo, qui me ſibi comparat, & res
Deſpicit exiguas: *adeò nulla uncia nobis*
Eſt eboris, nec [q] teſſellæ, nec [r] calculus ex hâc
Materiâ; quin ipſa manubria cultellorum
Oſſea: non tamen his ulla unquam obſonia fiunt
Rancidula, haud ideò pejor gallina ſecatur.
Sed nec [s] ſtructor erit, cui cedere debeat omnis
[t] Pergula, diſcipulus Trypheri doctoris, apud quem

[a] A M. Cæditio, qui noctu *audivit vocem humanâ clariorem* viz. *Gallos adventare.* Liv. v. c. 32.

* Pulmannus legit, *ab occiduo.*

[b] Diis ipſis vaticinantibus.

[c] Fictilem habens ſtatuam, & ſimpliciter cultus, & cui fictiles illæ cum ſimplici probitate ſtatuæ gratiores erant quàm iſtæ aureæ per vim, rapinas & ſcelera conflatæ: ſic Sat. 3. ỳ. 20.

[d] E fago non è citro aut cupreſſo ex Africâ.

[e] Menſarum.

[f] Serta è roſis quibus coronabantur convivæ.

[g] Menſas rotundas, citreas. *Orbes ſectos Atlantide ſylvâ.* Lucan. l 10. ỳ. 144.

[h] Pes eburneus in formam pardi fabrefactus.

[i] Elephantinis, qui ab inſulâ Elephantide per Syenen tanquam portam mittuntur in alias Ægypti partes, inde Romam. ut Sat. 3. ỳ 4. *Janua Bajarum Cumæ.*

[k] Urbis in confinibus Æthiopiæ directè ſub Tropico Cancri vicinæ inſulæ Elephantidi.

[l] Nigrior.

[m] Arabico, Arabiæ autem tres partes, Deſerta: quæ Scenitis: 2 Felix, quæ Saba: 3 Petræa, quæ Nabathæa.

[n] Elephas, qui dentes jam nimios capitique graves arbori impactos deponit.

[o] Ex hâc lautitiâ ſupellectilis, ex ebore, quod majori in pretio eſt, quàm argentum

[p] Apperitus & ſtomachus latrans.

† Menſæ enim pes argenteus menſas ſuſtinens, (quas κλίνας ἀργυρέποδας vocat Lucianus in κατάπλ.) æquè vilis eſt ac ferreus annulus in digito.

[q] In abaco ſeu alveolo luſorio.

[r] Latrunculi. Ital. *Scacchi.*

[s] Propriè qui menſæ cibum imponit τραπεζοκόμος, Athenæo. 4. *the ſewer:* ſæpiſſimè verò, ut & hoc loco, pro Carptore ſumitur, qui cibum ſcindens carpenſque præminiſtrat, *Petronio*, ſciſſor: *Apulejo*, diribitor, *the carver*: *Sidonio* cheironomon, ab agili manuum, ad leges quaſdam, motu. Vide Sat. 5. ỳ. 120.

[t] Schola (publica & aperta, in quâ profitebantur, qui volebant innoteſcere artifices) & diſcipuli Trypheri, qui obſonia diſſecandi artem cheironomicam Romæ docuit in Suburrâ vico. vide Satyr. 1. ỳ. 121. & Sat. 5. ỳ. 120.

Sumine cum magno lepus atque aper, & [a] pygargus,
Et [b] Scythicæ volucres, & [c] phœnicopterus ingens,
Et Gætulus [d] oryx, hebeti lautiſſima ferro
Cæditur, & totâ ſonat [e] ulmea cœna Suburrâ.
Nec fruſtum capreæ ſubducere, nec latus [f] Afræ
Novit avis noſter tyrunculus, ac rudis omni
Tempore, & exiguæ [g] fruſtis imbutus oſellæ.
Plebeios calices, & paucis aſſibus emptos
Porrigit incultus puer, atque [h] à frigore tutus;
Non Phryx, aut Lycius, non à mangone [i] petitus
Quiſquam erit, & [i] magno: cùm poſcis, poſce [k] Latinè.
Idem habitus cunctis, [l] tonſi, [m] rectique capilli,
Atque hodie tantùm propter convivia pexi.
Paſtoris duri eſt hic filius, ille bubulci:
[n] Suſpirat longo non viſam tempore matrem,
Et caſulam, & notos triſtis deſiderat hœdos;
Ingenui vultûs puer, ingenuique pudoris,
Quales eſſe decet, quos [o] ardens purpura veſtit.
Nec [p] pugillares defert in balnea [q] raucus
Teſticulos, nec vellendas jam [r] præbuit alas,
Craſſa nec oppoſito pavidus tegit inguina [s] gutto.
Hic tibi vina dabit diffuſa in montibus illis
A quibus ipſe venit, quorum ſub vertice luſit:
Namque una, atque eadem vini patria, atque miniſtri.
Forſitan expectes, ut [t] Gaditana canoro
*Incipiat [u] prurire choro; * plauſuque probatæ*
Ad terram tremulo deſcendat clune puellæ.
Spectant hoc nuptæ juxtà recubante marito,
Quod pudeat narrâſſe aliquem præſentibus ipſis,
Irritamentum Veneris languentis, & acres
Divitis [w] urticæ: major tamen iſta voluptas
[x] Alterius ſexûs, magis ille extenditur, & mox

a Caprea ſylveſtris.
b Phaſiani.
c Avis à puniceo alarum colore nomen habens.
d Caprea unicornis. Ariſt. l. 3. de partibus animal. & Plin. l. 11 nat. hiſt. 46. c.
e Fercula omnia è ligno facta.
f Numidicæ. Ang. *a Turky.*
g Qui fruſta carnis porcinæ tantùm diſtribuere novit.
h Veſtibus munitus magìs quàm ornatus
i Precio. Mango propriè χυνολόκος, canum nutritor: ſed & longiùs tractum, puerorum alror & negotiator dicitur: vide Perſii Sat. 6. ỳ 76.
k Italus enim eſt.
l Non comam alentes: ἀκτενιζόμενοι. m Nec calamiſtrati, pexi tantùm. *ut omnes Præcinctli rectè pueri comptique miniſtrent.* Horat. Sat. 8. l. 2 ỳ. 70. u Suſpirio ſe deſiderare teſtatur. o Prætexta fulgens purpurâ. p Grandes qui pugnum compleant. q Ex coitu, *vel* eunuchus. Sat. 6. 515 *vel* lege *Draucus.* r Δεωπαχιςὴ, aliptilario. Perſ. Sat. 4. ỳ. 39. s Olei vaſculo, balnea intraturus, voraces drauci oculos veritus. t Laſciva è Gadibus puella quæ cantet & ſaltet, cujus ſaltationis modos tres refert Jul. C Scal. Poëtices l. 5. c. 18. Martial. l. 1. ep. 42. & l. 5 ep. 79. u Ad pruritum libidinis incitare. * Spectatorumne? An improbi magiſtri, qui ſaltatriculas has circumducebat ad quæſtum, & ad ſaltandum provocabat, plauſu rem ſe bene habere teſtatus? vide Perſ. 6. ỳ. 78. w Aculei & prurigines. x Fœminarum.

[a] Auribus

[a] *Auribus, atque oculis concepta urina movetur.* 170
Non capit has nugas humilis domus: *audiat ille*
[b] *Teſtarum crepitus cum verbis, nudum olido ſtans*
Fornice [c] *mancipium quibus abſtinet: ille fruatur*
Vocibus obſcœnis, omnique libidinis arte, 174
Qui Lacedæmonium [d] *pettumate lubricat orbem.*
Namque ibi fortunæ veniam damus: *alea turpis,*
Turpe & adulterium mediocribus: hæc tamen illi
Omnia cùm faciant, [e] hilares nitidique vocantur.
Noſtra dabunt alios hodie convivia ludos;
[f] *Conditor Iliados cantabitur, atque Maronis* 180
Altiſoni & dubiam facientia carmina palmam:
Quid refert tales verſus quâ voce legantur?
Sed nunc dilatis averte negotia curis,
Et gratam requiem dona tibi: quando licebit
Per totam ceſſare diem, non fœnoris ulla 185
Mentio, nec primâ ſi luce egreſſa, reverti
Nocte ſolet, tacito bilem tibi contrahat uxor,
Humida ſuſpectis referens [h] *multitia rugis,*
[i] *Vexataſque comas, & vultum, auremque calentem.*
Protinus ante meum, quicquid dolet, exue limen: 190
Pone [k] *domum, & ſervos, & quicquid frangitur illis*
Aut perit; [l] ingratos ante omnia pone ſolales.
Interea [m] *Megaleſiacæ ſpectacula* [n] *mappæ*
Idæum ſolenne colunt; ſimiliſque triumpho

a Libido, cantu & motibus natum concepta urina movetur. πάσαις πύλαις τὴν ἡδονὴν καλοδέχονται. δι' ὀφθαλμῶν, δι' ὤτων, &c. τερπόμενοι χρωμάτων καὶ τερετισμάτων καὶ δι' ἑτέρων ἀσμάτων. Lucian. in Nigrin.

b Tympanorum & cymbalorum, dicunt interpretes: verùm crotala ſunt è teſtis & conchyliis, quibus in Indiâ fœminas in ſaltationibus uſas ſæpiùs vidi: cujuſmodi crepitaculis & motibus utuntur Hiſpani, *vocantque caſcabellos.* ἢ τοῖς ὀστράκοις κροτοῦσα. Ariſtoph. in Βαλέᾳ. vid. Jul. Cæſ. Scal. 1. Poet. 18. c Serva meretrix, ſed & harum liberrimæ turpiſſima ſunt mancipia. d *Pytaliſmate,* Jul. C. Scal. 1. 1. Poet. 22. c. & Politian 2. Miſcel. 38. & lib. 11. epiſt. *Poppiſmate* Flav. 4. conjectan. centuria 1. *Pytiſmate.* Turneb. l. 21. Adverſ. c. 18. *Pyreiſmate.* Alciat. Parerg. juris. 6.---*Pygiſmate:* contendit Lipſius lib. 4. epiſtolar. Quæſtionum 5. epiſt. Quarum lectionum expoſitione, partim brevitatis ſtudio, partim ut honeſtis parcam auribus, ſuperſedeo. relegato ad ipſos Criticos lectore. & *vel* cum Brodæo Miſcell. 5. l. 26. cap. lego *Pedemate* quod Lacedæmoniæ ſaltationis genus eſt, ad quod & Cicero in Piſonem reſpicere videtur, inquiens: *Cùm ipſe nudus in convivio ſaltaret.* &c. *cùm illum ſuum ſaltatorium verſaret orbem,* &c. *vel* cum Mureto l. 10. c. 6. lego *Pettumate,* ἀ πέτλῳ, talus: ut ſit qui menſam rotundam è marmore Lacedæmonio talis vel aleis lubricat: atque hanc lectionem confirmat quod ſequitur *Alea turpis,* &c. e Illi propter divitias non improbi & laſcivi, ſed hilares nitidique vocantur. f Homerus. g Uter eorum præſtantior ſit Poëta. h Sat. 2. 66. i Quas Suetonius vocat *recentes laſciviæ & peractæ libidinis notas,* c. 36. Calig. & Auguſt. 69. cap. k Domeſticas curas. l Mentionem & querelas de ingratis ſodalibus. m Ludorum Circenſium inſtitutorum in honorem magnæ matris deûm ex Idâ advectæ. n Suſpenſæ in ſignum & præmium Circenſium committendorum.

[a] *Prædo caballorum prætor ſedet: ac, mihi pace*
Immenſæ nimiæque licet ſi dicere plebis,
Totam hodie Romam circus capit; & [b] fragor aurem
Percutit, eventum [c] viridis quo colligo panni.
Nam ſi deſiceret, mœſtam attonitamque videres
*Hanc urbem, veluti [d] Cannarum in * pulvere victis*
Conſulibus: ſpectent juvenes, quos clamor & audax
[e] Sponſio, quos cultæ decet aſſediſſe puellæ.
Noſtra bibat [f] vernum contracta cuticula ſolem,
Effugiatque [g] togam: jam nunc in balnea [h] ſalvâ
Fronte licet vadas, quanquam ſolida hora ſuperſit
Ad ſextam: facere hoc non poſſis quinque diebus
Continuis; quia ſunt [i] talis quoque tædia vitæ
Magna: voluptates commendat rarior uſus.

a Iniquus certaminum judex, qui palmâ præmioque fraudat meritos & victores equos: aliis bravia non ex æquo adjudicans. *vel*, qui optimos equos vili precio dominis eripiebat, & jocatus à Paronomaſiâ

b Clamor & applauſus ſpectatorum.

c Praſinæ factionis aurigæ, cui factioni favebant Imperatores. d Triſti clade Cannenſi. * Signatè & ex hiſtoriâ. Namque ventus, quem Vulturnum Appuli vocant, adversùs Romanos coortus, multo pulvere in ipſa ora volvendo proſpectum ademit. Liv. 22. e Utra factio vinceret, Veneta, Alba Rubra, vel Praſina. f Perſ. Sat. 4. ỳ. 18. g Togatorum curas, ut Martial. 47. & 51. l. 10. *vel* exuat togam ad inſolationem & balnea. h Salvo pudore, etiam horâ quintâ, cùm legitima balnei hora ſit hyeme nona, æſtate octava. Feſtis verò diebus horam tempeſtivam balnei atque cœnæ prævenire licebat abſque gulæ notâ. i Otioſæ & voluptuariæ.

SATYRA XII.

Gratulatus Catullo incolumitatem ex ſæviſſimâ maris tempeſtate, quam obiter depingit, voti reus alacri animo ſe ſoluturum ait: nec tamen hoc facere vulturino hæredipetarum animo, qui orbos quoſque muneribus palpant, ut hæredes inſcribantur.

Natali, Corvine, die mihi dulcior hæc lux,
Quâ feſtus [a] promiſſa deis animalia [b] ceſpes
Expectat: niveam [c] reginæ cædimus agnam;
[d] Par vellus dabitur [e] pugnanti Gorgone [f] Maurâ.
Sed procul extenſum petulans quatit hoſtia [g] funem
Tarpeio ſervata Jovi, frontemque coruſcat:

a Votiva pro reditu tuo, & ſalute.

b Ara ſubita ex vivo ceſpite.

c Junoni, deorum reginæ.

d Similis agna. e Palladi, quæ in clypeo gerit caput Meduſæ Gorgonis à γοργῷ· i. e. truculentiâ dictæ, quale verò animal Gorgo ſit, cujus obtutu lapideſcunt & cujus gravi & peſtifero anhelitu occiduntur homines, vide quæ ex Alex. Myndio referat Athenæus. l. 5. c. 20 f Quæ cum furiis ſororibus Euryale & Sthenone Dorcadas inſulas in mari Atlantico juxta Mauritaniam incoluit. g Quo ducebatur ad aram Jovis Capitolini vitulus, qui coruſcans & vibrans frontem ex cornibus jam primùm enaſcentibus prurientem feroculus vexat robora. *Cui frons turgida cornibus Primis & Venerem & prælia deſtinat*, ut de hœdo. Horat. l. 3. Od. 13.

Quippe

Quippe ferox vitulus templis maturus & aræ,
[a] *Spargenduſque mero, quem jam pudet ubera matris*
Ducere, qui vexat naſcenti robora cornu.
Si res ampla domi, ſimiliſque affectibus eſſet,
Pinguior [b] *Hiſpullâ traheretur taurus, & ipsâ*
Mole piger, nec finitimâ nutritus in herbâ;
Læta ſed oſtendens [c] *Clitumni paſcua ſanguis*
[d] *Iret, & à grandi cervix ferienda miniſtro,*
Ob reditum trepidantis adhuc, horrendaque paſſi
Nuper, & incolumem ſeſe mirantis amici.
Nam præter pelagi caſus & fulguris ictum
[e] *Evaſi, denſa cœlum abſcondêre tenebræ*
Nube unâ, ſubituſque antennas impulit ignis,
Cùm ſe quiſque illo percuſſum crederet, & mox
Attonitus [f] *nullum conferri poſſe putaret*
Naufragium velis ardentibus: omnia fiunt
Talia, tam graviter, ſi quando [g] *poëtica ſurgit*
Tempeſtas: genus ecce aliud diſcriminis audi,
Et miſerere iterum, quanquam ſint cætera ſortis
Ejuſdem; pars dira quidem, ſed cognita multis,
Et quam votivâ teſtantur fana [h] *tabellâ*
Plurima, ([i] *pictores quis neſcit ab Iſide paſci?)*
Accidit & noſtro ſimilis fortuna Catullo,
Cùm [k] *plenus fructu medius foret alveus, & jam*
Alternum puppis latus evertentibus undis
Arboris [l] *incertæ, nullam prudentia* [m] *cani*
Rectoris conferret opem; [n] *decidere jactu*
Cœpit, cum ventis, imitatus caſtora, qui ſe
Eunuchum ipſe facit, cupiens evadere damno
Teſticulorum: adeò [o] *medicatum intelligit inguen.*
Fundite quæ mea ſunt dicebat cuncta Catullus,
Præcipitare volens etiam pulcherrima, veſtem
Purpuream, teneris quoque [p] *Mecænatibus aptam,*
Atque [q] *alias, quarum generoſi graminis ipſum*
Infecit natura pecus, ſed & egregius fons

a In ſacris.
b Fœmina obeſa.
c Fluv. in agro Faliſco, cujus aquam potam candidos facere boves, refert Plin. 2. naturalis hiſt. c. 103.
d Effluëret ſanguis, *vel*, ipſe taurus iret.
e Quod evaſit.
f Incendium, jam non naufragium, timeret.
g Qualem Poëtæ deſcribunt: alii legunt *Pontica*, i.e. ſæva, qualis in Euxino.
h Pictura ab iis qui naufragium evaſerant in templo Neptuni vel Iſidis ſuſpenſa.
i Ex tabulis pingendis, quas naufragio erepti Iſidi ex voto conſecrant.
k Cùm jam alveus, *the hold*, eſſet ſemiplenus aquis, *Atque daret ſaltus intra cava texta carinæ Fluctus.* Ovid. 11. Metam. l Vacillantis & fluctuantis. m Adeóque periti. n Projectis bonis vitam paciſci, non ſecus ac Fibri, periculò à venatoribus imminente, teſtes ſibi mordicùs avulſos projiciunt, *ob hos ſe peti gnari.* Plin. 8. c. 30. quod tamen negatur Plin. 32. lib. 3. c. ex autoritate Sextii medici. Fibrum geminos ſuos devorare ſcribit, Solin. 23. c. & Marcellin. l. 17. o In medicinis utile. p Mollib. viris, cujuſmodi erat Mecænas. q Veſtes ex lanâ Bæticâ in Hiſpaniâ, cui nativum rutilum colorem dant gramen, aqua pota, & illius regionis aër.

Viribus occultis, & Bæticus adjuvat aër.
Ille nec argentum dubitabat mittere, lances
[a] *Parthenio factas, urnæ cratera capacem,*
Et dignum [b] *ſitiente Pholo, vel* [c] *conjuge Fuſci.*
Adde & [d] *baſcaudas, & mille* [e] *eſcaria, multum*
[f] *Cælati,* [g] *biberat quo callidus* [h] *emptor Olynthi.*
Sed quis nunc alius, quâ mundi parte, quis audet
Argento præferre caput, rebuſque ſalutem?
Non propter vitam faciunt patrimonia quidam,
Sed vitio cæci propter patrimonia vivunt.
[i] *Jactatur rerum utilium pars maxima; ſed nec*
Damna levant: tunc adverſis urgentibus, illuc
* *Recidit, ut malum ferro ſummiteret; ac ſe*
[k] *Explicat anguſtum, diſcriminis ultima quando*
Præſidia aſſerimus, navem factura [l] *minorem.*
I nunc, & ventis animam committe, dolato
Confiſus ligno, [m] digitis à morte remotus
Quatuor aut ſeptem, ſi ſit latiſſima [n] teda.
Mox cum [o] *reticulis, & pane, &* [p] *ventre lagena,*
[q] *Aſpice ſumendas in tempeſtate ſecures.*
Sed poſtquam jacuit planum mare, tempora poſtquam
Proſpera vectoris, ſatumque valentius Euro,
Et pelago, poſtquam Parcæ [r] *meliora benigna*
Penſa manu ducunt hilares, & ſtaminis albi
Lanificæ; modicâ non multò fortior aurâ
Ventus adeſt; inopi miſerabilis arte cucurrit
[s] *Veſtibus extenſis, & quod ſuperaverat unum,*
Velo prora ſuo: jam deficientibus Auſtris,
Spes vitæ [t] cum ſole redit: *tum gratus Iulo,*
Atque [u] *novercali ſedes prælata Lavino,*
Conſpicitur [w] *ſublimis apex, cui candida nomen*
Scroſa dedit lætis Phrygibus mirabile [x] *ſumen,*

a Artifici.
b Bibaci centauro. σκυφίον τριλάγηνον πίεν ἐπιχώμενος, τὸ βὰκ ὁι παρέθηκε φόλα θ' ἁρέσας. Steſichorus. & Diod. 5.
c Vinoſæ fœminæ.
d Vaſa Britannica. Mart. 14. 99. *Barbara de pictis venit Baſcauda Britannis*
e Patinas.
f Auri & argenti.
g Poculo aureo uſq, adeò delectabatur Philippus, ut & pulvino ſupponeret dormiturus.
h Corrupit enim auro Laſthenem, ut Olynthum proderet.
i Projicitur in mare.
* Alii legunt *Decidit*, ut conſtet verſus.
k Succiſo & ejecto malo.
l Leviorem & expeditiorem.

m Alludit ad illud quod refert Laërtius l. 1. *Tantùm* (inquit Anacharſis) *à morte abſunt qui navigant.* n Tabula ex tedâ vel pinu. o Peris ad modum retis textis, in quibus nautæ, milites & viatores panem & cibaria ſecum ferunt: *knapſacks.* Perſ. 5. Sat. ỳ. 140. p Ventricoſa, ampla lagena. q Vide ſumas, *vel* lege, *Accipe* ſecures non minoris usûs futuras in tempeſtate ad ſuccidendum malum, quàm quæ maximi, ut ſuprà ỳ. 55. r Vitæ & felicitatis ſtamen trahunt. Alba ſiquidem ſtamina vitam, ut nigra mortem denotant. epigr. 73. l. 4. Martial. s Nautarum veſtibus, velorum loco, extenſis. t Matutino exoriente, *vel* diſcuſſis nubibus, apparente. u Lavinium novercæ Laviniæ reliquit Aſcanius. w Mons Albanus, in quo Aſcanius condidit Longam Albam à ſue albâ ibi inventâ ex oraculo. x Sus. *Synecd.*

Et

Et [a] *nunquam viſis triginta clara mamillis.)*
Tandem intrat poſitas incluſa per æquora [b] *moles,*
[c] *Tyrrhenamq;* [d] *Pharon,* [e] *porrectaq; brachia rurſus,*
Quæ [f] *pelago occurrunt medio, longèque relinquunt*
Italiam: non ſic igitur mirabere portus,
[g] *Quos natura dedit: ſed truncâ puppe magiſter*
Interiora petit [h] *Bajanæ pervia cymbæ,*
Tuti ſtagna ſinûs: gaudent ibi [i] *vertice raſo*
[k] *Garrula ſecuri narrare pericula nautæ.*
Ite igitur, pueri, [l] *linguis animiſque faventes,*
Sertaque delubris, & [m] *farra imponite cultris,*
Ac molles ornate focos, [n] *glebamque virentem:*
Jam ſequar, & ſacro, [o] *quod præſtat, ritè peracto,*
Inde domum repetam; graciles ubi parva coronas
Accipiunt fragili [p] *ſimulachra nitentia cerâ.*
Hìc [q] *noſtrum placabo Jovem, laribuſque paternis*
Thura dabo, atque omnes violæ jactabo colores.
Cuncta nitent, longos erexit janua ramos,
Et matutinis [r] *operatur feſta lucernis.*
[s] *Nec ſuſpecta tibi ſint hæc, Corvine: Catullus,*
Pro cujus reditu tot pono altaria, [t] *parvos*
Treis habet hæredes: [u] *libet expectare, quis ægram,*
Et claudentem oculos gallinam impendat amico
[w] *Tam ſterili: verùm* [x] *hæc nimia eſt impenſa; coturnix*
Nulla unquam pro [y] *patre cadet: ſentire* [z] *calorem*
Si cœpit locuples Gallita, & Paccius orbi,
Legitimè fixis veſtitur tota [aa] *tabellis*

a Nunquam ante viſis in aliâ ſue.
b Portum Hoſtienſem magnis molibus à Claudio extructum Sueton. Claud. 20. c. & Dio lib. 60.
c In Tyrrheno mari poſitam.
d Turrim in portu Hoſtienſi quæ nocturnis ignibus nautarum curſum dirigeret, ad æmulationem Phari Alexandrinæ.
e Moles porrectas.
f Protenduntur in altum mare longè à litore Italo.
g Nativos, quàm hunc arte factum.
h Per quæ etiam Bajana cymba tutò meare poſſit.

i Suſcepto voto, quod fit raſo capite ex more reorum abſolutorum ac ſervorum in libertatem vindicatorum, urgente verò tempeſtate ſolebant nautæ capillos tondere: quod tamen in pacato mari ominis erat infauſti. *Petron. Arbiter: εἰ πρὸς τοῖς ἱερεῖς ἐξυρημένοι τὰς κεφαλὰς.* &c. Lucian. *περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων* k De quibus garriant. l Taciti hoc agite, & bona verba dicite (quod in rebus divinis imperatur.) m Molam ex farre, ſale, aquâ. n Suprà. ỳ 2. o Quod optimum eſt, vel lege *quod reſtat.* p Lares, vide Perſ. Sat. 5. 31. q Familiarem. r Rem divinam facit: alii leg *operitur.* Lauro enim & penſilibus lucernis ornari ſolet janua in feſtis, & Satyricè addit *Matutinis*, ut quæ clarâ luce ſunt ſupervacuæ. s Neque enim hoc facio captandi animo. t Filiolos. u Expectet aliquis donec inveniatur alius quiſpiam. *I would ſee one elſe.* 48. ỳ. ſup. qui vel moribundam gallinam vovere, aut ſacrificare velit pro eo qui filios tres habet. w Tam macræ parvæque ſpei. x Gallina. y Eo qui orbus non eſt, quique liberos habet. z Febrim. aa Votivis, fixis ab hæredipetis: vide Sat. 10. ỳ. 55. *Non defuerunt qui depugnaturos ſe armis pro ſalute ægri, quique capita ſua titulo propoſito voverent.* Suet. Cal. 14. cap. Ab opinione illâ veterum, *Mortem morte poſſe redimi*, ortæ iſtæ devotiones & καθοσιώσεις.

Porticus; exiſtunt qui promittant [a] *hecatomben?*
Quatenus hîc non ſunt nec venales [b] *Elephanti,*
Nec Latio, aut uſquam noſtro ſub ſydere talis
Bellua concipitur; ſed, [c] *furvâ gente petita,*
[d] *Arboribus Rutulis, & Turni paſcitur agro*
Cæſaris [e] *armentum, nulli ſervire paratum*
Privato: ſiquidem [f] *Tyrio parere ſolebant*
Hannibali, & [g] *noſtris ducibus,* [h] *regique Moloſſo,*
[i] *Horum majores, & dorſo ferre cohortes,*
Partem aliquam belli, & euntem in prælia turrim.
Nulla igitur mora per [k] *Novium, mora nulla per* [k] *Hiſtrum*
Pacuvium, quin illud [l] *ebur ducatur ad aras,*
Et cadat ante lares Gallitæ victima ſacra,
Tantis digna [m] *deis, & captatoribus horum.*
[n] *Alter enim, ſi* [o] *concedas mactare, vovebit*
De grege ſervorum magna & pulcherrima quaque
Corpora; vel pueris, & frontibus ancillarum
Imponet [p] *vittas; & ſi qua eſt nubilis illi*
[q] *Iphigenia domi, dabit hanc altaribus, etſi*
Non ſperat [r] *tragicæ furtiva piacula cervæ.*
[s] *Laudo meum civem, nec comparo* [t] *teſtamento*
[u] *Mille rates: nam ſi* [w] *Libitinam evaſerit æger,*
Delebit [x] *tabulas* [y] *incluſus carcere naſſæ,*
[z] *Poſt meritum ſanè mirandum; atq; omnia ſoli*
Forſan Pacuvio brevitèr dabit: ille ſuperbus
Incedet victis [aa] *rivalibus: ergò vides, quàm*
Grande operæ pretium faciat jugulata [bb] *Mycenis.*
[cc] Vivat Pacuvius, quæſo, *vel* [dd] *Neſtora totum:*

a Sacrificium centum bovum.
b Quos immoler.
c Mauritaniâ vel Indiâ.
d In ſaltu apud Lavinium in Etruriâ, cui Turnus quondam imperavit.
e Elephanti.
f Afro è Carthagine, quam condidere, duce Didone, Tyrii.
g Scipioni ſocero Pompeii, &c. *Appian. 2. de bello Civili.*
h Pyrrho Epirotarum regi, qui primus in Italiâ Elephantis uſus eſt.
i Elephantorum.
k Hæredipetam.
l Elephas. *Syneed.*
m Divitibus orbis. *Iron.*

vel laribus. n Pacuvius. o Si lege liceat. p Quibus victimæ ornari ſolitæ. q Filia ut illa Agamemnonis. r Cervam pro ſuâ filiâ fore ſuppoſitam, quod in tragœdiis de Iphigeniâ factum fingunt Poëtæ. s *Iron.* t Divitis. u Quibus Agamemnon immolatâ ſuâ filiâ ventum redemit. w Mortem: Libitina verò Dea funerum eſt, in cujus æde, quæ ad funera, pertinent væneunt. x Prioris teſtamenti. y A captatore irretitus veluti naſsâ, retis genus: *alii exp.* incluſus domicilio Naſſæ medici ut curaretur. Prior ſenſus mihi placet, cui conſonat Timon Luciani: p. 73. τὲς δ' ἄλλες μάτην κεχηνότας, ἐς ἀλλήλες ἀποβλέπενλας καὶ λιτὼν, ἀληθὲς ἄγονλας τὸ πένθος, οἵῳ ὡτὲς ὁ Ζύννῳ, ἐκ μυχῶ τῆς σαγήνης ἐξιχνῶν, ἐκ ὀλίγου τὸ δέλεαρ καλαπιὼν. z Tui, qui filiam immolaviſti tuam, ut dives convaleſceret: atque hoc ex opinione veterum, quibus perſuaſum fuit mortem morte redimi poſſe, atque hinc vota & devotiones. aa Competitoribus hæredipetis. bb Filia Pacuvii cæſa, ut Mycenis Iphigenia filia regis Mycenarum. cc Avari enim diuturnior vita, diuturnior miſeria: vivat itaque precor in cruciatum ſui, & omnium odium. dd Tres ætates, Sat. 10. ỳ. 250.

Possideat quantum rapuit [a] *Nero, montibus aurum*
Exæquet; nec amet quemquam, nec ametur ab ullo. 130

a Qui contra jura divina ac humana rapuit opes publicas ac privatas. Vide Suet. Tacitum, Dionem.

SATYRA XIII.

Calvinum plùs nimio dolentem propter XHS. ab eo, apud quem depoſuerat, ſibi negata, conſolatus, oſtendit non ſine divini numinis providentiâ omnia fieri, quæ eadem ſceleratos ſemper puniat malæ conſcientiæ cruciatu & carnificinâ.

a Facinore, cujus malum exemplum nocet, atque alios peccare docet.
b Imò vindice.
c Corrupti & iniqui judicis.
d In quam ſuffragia conjiciebantur. i. e. judicium.
* *Retenti*, i.e. depoſiti abnegati ac non redditi, legendum autumat Jan Rutgerſius l. 2. var. lect c. 17.
e Ejus qui tibi non reddit depoſitum
f Non è ſummis fortunæ incommodis.
g Id eſt, fortis, præparati.
h Iratus & indignatus animo.

[a] EXemplo quodcunque malo committitur, ipſi
Diſplicet authori: *prima eſt hæc ultio, quod ſi*
[b] Judice, nemo nocens abſolvitur, improba
quamvìs
Gratia [c] fallacis prætoris vicerit [d] urnam.
*Quid ſentire putas omnes, Calvine, *recenti*
De [e] ſcelere, & fidei violatæ crimine? ſed nec
Tam tenuis cenſus tibi contigit, ut mediocris
Jacturæ te mergat onus: nec rara videmus
Quæ pateris: caſus multis hic cognitus, ac jam
Tritus, & [f] è medio Fortunæ ductus acervo. 10
Ponamus nimios gemitus; flagrantior æquo
Non debet dolor eſſe [g] viri, nec vulnere major
Tu quamvìs levium minimam, exiguamque malorum
Particulam vix ferre potes, [h] ſpumantibus ardens
Viſceribus, [i] ſacrum tibi quòd non reddat amicus
Depoſitum: [k] ſtupet hæc, [l] qui jam poſt terga reliquit
Sexaginta annos, Fonteio conſule natus?
An nihil in melius tot rerum proficis uſu?
[m] Magna quidem ſacris quæ dat præcepta libellis
Victrix Fortunæ † Sapientia. Dicimus autem
[n] Hos quoque felices, qui ferre incommoda vitæ
[o] Nec jactare jugum vitâ ** didicere magiſtra.
Quæ tam feſta dies, [p] ut ceſſet prodere furem,
Perfidiam, fraudes, atque omni ex crimine lucrum
Quæſitum, & partos [q] gladio vel [r] pyxide nummos?

i Quod ſe ſacramento juris jurandi obſtrinxit redditurum. k An tu hæc (quæ vulgò tamen fiunt) ſcelera ad ſtuporem miraris? Enallage perſonæ. l Jam ſexagenarius. m † Philoſophia moralis docet nonnullos contenere fortunam ---n---- ** Alios docet experientia & vitæ uſus. o Nec reluctari neceſſitati. p Quæ non prodat & deprehendat. q Latrocinio. r Veneno in pyxide.

Ra

Rari quippe boni; numero vix ſunt totidem, quot
[a] Thebarum portæ, vel [b] divitis [c] oſtia Nili.
Nona ætas agitur, pejoraque ſecula [d] *ferri*
Temporibus, [e] *quorum ſceleri non invenit ipſa*
Nomen, & à nullo poſuit natura [e] *metallo.*
Nos hominum, divûmque fidem clamore ciemus,
Quanto [f] *Feſſidium laudat vocalis agentem*
[g] *Sportula: dic, ſenior* [h] *bullâ dignîſſime; neſcis,*
[i] Quas habeat Veneres aliena pecunia? *neſcis*
Quem tua ſimplicitas riſum vulgo moveat, cùm
[k] *Exigis à quoquam nè pejeret, & putet ullis*
Eſſe aliquod numen templis, araque [l] *rubenti?*
Quondam hoc [m] *indigenæ vivebant* [n] *more, priuſquàm*
Sumeret agreſtem, poſito [o] *diademate, falcem*
[p] *Saturnus fugiens: tunc, cùm virguncula Juno,*
Et privatus adhuc [q] *Idæis Juppiter antris.*
Nulla ſuper nubes convivia cœlicolarum,
Nec puer [r] *Iliacus, formoſa nec* [s] *Herculis uxor*
Ad cyathos, & jam [t] *ſiccato nectare tergens*
Brachia Vulcanus Liparæâ nigra tabernâ.
Prandebat [u] *ſibi quiſque deus, nec turba deorum*
Talis, ut eſt hodie; contentaque ſidera paucis
Numinibus, miſerum urgebant [w] *Atlanta minori*
Pondere: nondum [x] *aliquis ſortitus triſte profundi*
Imperium, aut [y] *Siculâ torvus cum* [z] *conjuge Pluto.*
Nec [aa] *rota, nec furiæ, nec* [bb] *ſaxum, aut* [cc] *vultures atri*
Pœna: ſed infernis hilares ſine regibus umbræ,
Improbitas illo fuit admirabilis ævo.
Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,
Si juvenis vetulo non aſſurrexerat, & ſi
Barbato cuicunque puer: licèt ipſe videret
Plura domi * *fraga, &* [dd] *majores glandis acervos.*

a In Bœotiâ, quæ ſeptem habuit portas: vide Sat. 15. ℣. 6.
b Inundatione Ægyptum fertilem facientis.
c Quæ ſeptem.
d Pejora ferreâ ætate.
e Cæteris n. ætatibus Græci à ſeptem metallis, & electro ex auro & argento miſtis, fictitia indidere nomina.
f Cauſidicum patronum ſuum.
g Clientes vocales ſportulâ conducti.
h Puerorum inſigni. i. e. ô ſenex puerilis.
i Quàm dulcis ſit fraudata pecunia, & furtivus panis.
k Nunc dierum.
l Sanguine, aut igni.
m Aborigines, antiquiſſimi populi Italiæ, in eodem loco nati, quaſi αὐτόχθονες.
n Simpliciter. o Coronâ regali. p A filio Jove Cretâ expulſus.
q Quò Rhea mater illum Nymphis alendum miſerat, nè à παιδοφαγίᾳ voraretur, idque ex pacto cum Titane fratre. r Ganymedes. Sat. 5. ℣. 56. s Hebe, Jovis & Junonis filia. t A nectare & conviviis deorum ad officinam reverſus. u Privatim. w Regem Mauritaniæ, qui in montem verſus cœlum ſuſtinere fingitur. x Neptunus, cui ſorte obtigit imperium maris. y Raptâ è Siciliâ. z Proſerpinâ Cereris filiâ. aa Quâ Ixion volvitur. bb Siſyphi. cc Qui jecur Tityi ſeu Promethei depaſcitur. * Hanc lectionem aſtruunt, qui hæc ad aurea illa ſecula referunt, in quibus ſponte ſuâ natæ fruges & glandes pro divitiis erant. *Sylvæ nativas opes, & opaca dederant antra nativas domos.* Sen. Hippol. Nec tamen inepta eſt lectio *farra*, credo enim reſpexiſſe poëtam ad verſum illum Ov. 5. Metam. *quo non poſſederat alter Latius, aut jugerem tollebat farris acervos.* dd Priſcorum cenſum.

Tam venerabile erat [a] *præcedere quatuor annis:*
[b] *Primaque pars adeò ſacræ lanugo ſenectæ.*
Nunc ſi depoſitum non inficietur amicus,
Si reddat veterem cum totâ [c] *ærugine* [d] *follem,*
[e] *Prodigioſa fides, &* [f] *Thuſcis digna libellis,*
Quæque coronatâ luſtrari debeat [g] *agnâ.*
Egregium ſanctumque virum ſi cerno, [h] *bimembri*
Hoc monſtrum puero, & * *miranti jam ſub aratro*
Piſcibus inventis, & [i] *fœtæ comparo mulæ;*
Sollicitus, tanquam [k] *lapides effuderit imber,*
Examenque apium longâ conſederit [l] *uvâ*
Culmine delubri, tanquam in mare fluxerit amnis
Gurgitibus [m] *miris, & lactis vortice torrens.*
Intexcepta decem quereris ſeſtertia fraude
Sacrilegâ: quid ſi bis centum perdidit alter
Hoc [n] *arcana modo? majorem tertius illâ*
Summam, quam patulæ vix ceperat angulus arcæ?
Tam facile & pronum eſt, ſuperos contemnere teſtes,
Si mortalis idem nemo ſciat: *aſpice quartâ*
Voce neget, quæ ſit ficti conſtantia vultûs.
Per Solis radios, [o] *Tarpeiaque fulmina jurat,*
Et Martis [p] *frameam, &* [q] *Cirrhæi ſpicula vatis;*
Per [r] *calamos venatricis pharetramque puellæ,*
Perque tuum, pater Ægæi Neptune, tridentem;
Addit & Herculeos arcus, haſtamque Minervæ,
Quicquid habent telorum armamentaria cœli.
Si verò & pater eſt, comedam, inquit, flebile nati
Sinciput elixi, [s] *Pharioque madentis aceto.*
Sunt qui in fortunæ jam caſibus omnia ponunt,
Et nullo credunt mundum rectore moveri,
Naturâ volvente vices & [t] *lucis & anni;*
Atque ideò intrepidi quæcunque [u] *altaria tangunt.*
Eſt alius, metuens nè crimen pœna ſequatur:
Hic putat eſſe deos, & pejerat, atque ita [w] *ſecum*
Decernat quodcunque volet de corpore noſtro

a Quatuor annorum ætate ſuperare alterum.
b Lanugoque prima pars ſacræ ſenectæ.
c Pecunia æruginoſa, ut quæ jam diu depoſita fuerit.
d Crumenam, ſacculum.
e Prodigii inſtar.
f Inſcribenda Thuſcorum aruſpicum libris, *vel* expianda tanquam monſtrum ex diſciplinâ Etruſcâ.
g In piaculum
h Biformi & prodigioſo partui.
* Alii habent *mirandis.*
i Mulæ autem non concipiunt, & ipſæ ſpecie differentes.
k Ac ſi lapidibus pluiſſet: quod in prodigiis ſæpe refert Livius.
l In formam uvæ vel racemi: βοτρυδόν.
m In Atris, ſanguineis, lacteis.

n Secretæ fidei commiſſa & depoſita. o Jovis Capitolini. p Lanceam, ἀκοντίῳ. Tacit. de German. & A. Gell. 10. 15. q Apollinis, qui in Cirrha colitur. r Dianæ ſagittas. s Ægyptio. acetum rò Ægyptium optimum eſſe, ut & Cnidium, Chryſippus affirmat, referente Athenæo lib. 2. cap. 26. Pharos autem inſula Ægypti. t Diurni anni, temporum, motuum. u Aras tangentes veteres conceptis verbis jurabant. w Cogitat, dicit.

Iſis, & [a] irato feriat mea lumina [b] ſiſtro;
Dummodo vel cæcus teneam, quos abnego, nummos.
Et phthiſis, & vomicæ putres, & dimidium crus
Sunt tanti? pauper locupletem optare podagram
Ne dubitet [b] Ladas, ſi non eget [c] Anticyrâ, nec
Archigene: [c] quid enim velocis gloria plantæ
Præſtat, & eſuriens [f] Piſææ ramus olivæ?
[g] Ut ſit magna, tamen certè lenta ira deorum eſt.
Si curant igitur cunctos punire nocentes;
Quando ad me venient? ſed & exorabile numen
Fortaſſe experiar: ſolet [h] his ignoſcere: multi
Committunt eadem diverſo crimina fato:
Ille crucem pretium ſceleris tulit, hic diadema.
[i] Sic animum diræ trepidum formidine culpæ
Confirmant: tunc te [k] ſacra ad delubra vocantem
Præcedit, trahere [l] imò ultro, ac vexare paratus.
Nam cùm magna [m] mala ſupereſt audacia cauſæ,
Creditur à multis fiducia: [n] mimum agit ille,
Urbani qualem fugitivus ſcurra Catulli.
Tu miſer exclamas, ut [o] Stentora vincere poſſis,
Vel potiùs quantum [p] Gradivus Homericus: audis,
Juppiter, hæc? [q] nec labra moves, cùm mittere vocem
Debueras vel marmoreus, vel aheneus? aut cur
In [r] carbone tuo [s] chartâ pia thura ſolutâ
Ponimus, & ſectum vituli jecur, [t] albaque porci
Omenta? ut video, nullum diſcrimen habendum eſt
Effigies inter veſtras, ſtatuamque [u] Batylli.
Accipe quæ contrà valeat ſolatia ferre,
Et qui nec Cynicos, nec Stoïca dogmata legit
[w] A Cynicis tunicâ diſtantia; [x] non Epicurum
Suſpicit exigui lætum plantaribus horti.

a Perſ. Sat. 5. ỳ 186. *Hypallage:* ipſa irata.
b Curſu velox & expeditus, ſed pauper, de quo Pauſan. in Corinth. Solin. c. 6. Catullus ad Camerium. Ep. Græc. l 4. c. 2.
c Niſi inſanus ſit: *vel* modò tolerabilis ſit podagra, quæ Elleboro nigro non ſit curanda. Perſ. 4. 16.
d Medico.
e Quò enim mihi in Olympicis palma, ſi interèa famelicus peream?
f Olympicæ. Piſa enim civitas in Elide, juxta quam Jovis Olympii templum: & certamina quinto quoque anno ineunte celebrabantur: vide quæ ad Senecæ Herc. Fur. ỳ. 810.

g *Perjurus hæc ſecum.* h Quibuſdam. i *Hæc Poëta.* k Exigentem ab eo juſjurandum de depoſito. l Te quaſi cunctantem. m Tanquam bonæ cauſæ & innocentiæ. n Illa te calumniatur non ſecus ac dominum ſervus ille nequam quem repræſentat mimus in fabulâ mimographi Catulli. o Ὃς τόσον ὠδύσατ' ὄτον ἄλλοι πεντήκοντα. Homer. Iliad. 5. ỳ. 786. p Mars apud Homer. l. 5. qui à Diomede vulneratus exclamavit quantum X milia virorum. q Nec indignatus buccas inflas. r Thuribulo. s Quâ thura erant involuta. Jan. Rutgerſius l. 5. var. lect. c. 5. intelligit de eâ chartâ, in quâ vota obſignata fuerant, jam ſolutâ. t Pinguia, vel albi porci. *Hypall.* u Citharœdi, cui ſtatuam Sami in templo Junonis erexit Polycrates tyrannus. w Cynici duplici pallio. Stoici ſimplici utebantur: Doctrina erat eadem. x Non admiratur Epicurum, qui in voluptate & Tranquillitate ſummum bonum ponit.

Gravibus afflicti ærumnis gravem poscunt philosophum, qui consoletur & curet.

b Tu, cujus, damnum levius est, non ita gravi consolatore opus habes.

c Medico rudiori.

d Quam ejus, qui te fefellit.

e Plangere & lamentari.

f Quæ claudi solet, ut & fenestræ in signum luctûs, vel, Quandoquidem jubet addere dolorem damno: vide Adagia Erasmi.

g In amissione bonorum

h Dilacerare.

i *Lacrymis, miserè terendo oculos, vix ut expressis* Ter.

k Cùm obligatoria instrumenta in tabulis ceratis scripta sæpiùs coram testibus fuerint lecta.

a *Curentur dubii medicis majoribus ægri;*
b *Tu venam vel* c *discipulo committe Philippi.*
Si nullum in terris d *tam detestabile factum*
Ostendis, taceo, nec pugnis cædere pectus
Te veto, nec e *planâ faciem contundere palmâ:*
Quandoquidem accepto f claudenda est janua damno,
Et majore domûs gemitu, majore tumultu
Planguntur nummi quàm funera: nemo dolorem
Fingit g in hoc casu, *vestem* h *diducere summam*
Contentus, i *vexare oculos humore coacto:*
Ploratur lacrymis amissa pecunia veris.
Sed si cuncta vides simili fora plena querelâ,
k *Si decies lectis diversâ in parte tabellis*
l *Vana supervacui dicunt* m *chirographa ligni,*
Arguit ipsorum quos littera, n *gemmaque princeps*
Sardonyches, loculis quæ custoditur eburnis:
Te nunc delicias o *extra communia censes*
Ponendum, quia tu p *gallinæ filius albæ;*
Nos q *viles pulli nati infelicibus ovis.*
Rem pateris modicam, & mediocri bile ferendam,
Si flectas oculos majora ad crimina: confer
r *Conductum latronem,* s *incendia sulphure cœpta,*
Atque dolo, primos cùm janua colligit ignes:
Confer & t *hos, veteris qui tollunt grandia templi*
Pocula u *adorandæ rubiginis, & populorum*
w *Dona, vel antiquo positas à rege coronas.*
x *Hæc ibi si non sunt, minor exiat sacrilegus, qui*
Radat y *inaurati femur Herculis, & faciem ipsam*
Neptuni, qui bracteolam de Castore ducat.
An dubitet, solitus totum conflare z *Tonantem?*
Confer & aa artifices mercatoremque veneni,
Et bb *deducendum corio bovis in mare, cum quo*

l Debitores dicunt esse adulterina, quæ tamen vera esse arguit scriptura & signa. m Propriâ manu scripta ligna i. e. tabellas è ligno ceratas, in quibus scribebant veteres. n Sigillum in Sardonycha gemmâ pretiosâ. o Extra communem sortem, non vulgarem. p Tibi videris supra alios felicitèr natus: vel quia felicia omnia dicuntur alba: vel respicit ad *gallinam albam quam raptam aquila in gremium Liviæ demisit:* vide Sueton. Galbam. 1. c. & Plin. l. 15. c. ultimo. q Nullius precii homunculi. r Sicarium ad occidendum conductum. s Incendiarios. t Sacrilegos. u Religiosæ vetustatis. w Ἀναθήματα, donaria, diis consecrata. x Poculæ & coronæ. y E statuis auratis: vide Suet. Calig. c. 32. z Jovis statuam. aa Venefícos. bb Parricidam culeo deducendum. Sat. 8. v. 214.

Clauditur adverſis [a] *innoxia ſimia fatis.*
Hæc quota pars ſcelerum, quæ cuſtos [b] *Gallicus urbis*
Uſque à Lucifero, donec lux occidat, audit?
Humani generis mores tibi nôſſe volenti
Sufficit [c] *una domus; paucos conſume dies, &*
Dicere te miſerum, poſtquàm illinc veneris, [d] *aude.*
Quis [e] *tumidum guttur miratur in Alpibus? aut quis*
In [f] *Meroë craſſo majorem infante mamillam?*
Cærula quis ſtupuit Germani lumina, flavam
Cæſariem, & madido [g] *torquentem cornua cirro?*
Nempe quòd [h] *hæc illis natura eſt omnibus una.*
Ad [i] *ſubitas Thracum volucres,* [k] *nubemq; ſonoram*
[l] *Pygmæus parvis currit bellator in armis:*
Mox impar hoſti, raptuſque per ærа curvis
Unguibus à ſævâ fertur grue: ſi videas hoc
Gentibus in noſtris, riſu quatiere; ſed illic
Quanquam eadem aſſiduè ſpectentur prælia, ridet
Nemo, ubi tota cohors pede non eſt altior uno.
[m] *Nullane perjuri capitis fraudiſque neſandæ*
Pœna erit? [n] *abreptum crede hanc graviore catenâ*
Protinus, & noſtro (quid plus velit ira?) necari
Arbitrio: [o] *manet illa tamen jactura, nec unquam*
Depoſitum tibi ſoſpes erit: [p] *ſed corpore trunco*
Invidioſa dabit minimus ſolatia ſanguis.
At vindicta bonum vitâ jucundius ipsâ.
[q] *Nempe hoc indocti, quorum præcordia nullis*
Ira dum, aut levibus videas flagrantia cauſis;
Quantulacunque adeò eſt occaſio, ſuffecit iræ.
[r] *Coryſippus non dicet idem, nec* [s] *mite Thaletis*
Ingenium, dulcique [t] *ſenex vicinus Hymetto,*
Qui partem acceptæ ſæva inter vincla cicutæ
[u] *Accuſatori nollet dare: plurima felix*
Paulatim vitia, atque errores exuit omnes

a In ſociam pœnam deſtinata, cùm ipſa non occiderit parentem.
b Gallus Rutilius ſub Domitiano præfectus urbis.
c Illius Rutilii.
d Si potes.
e Quis ea, quæ vulgò accidunt & quæ quotidiana atque è loci quaſi naturâ ſunt, miranda putet? Romæ videre omnes ſcelere profligatos non magis mirum eſt, quàm in Alpibus omnes ſtrumoſos (à vitio, aquæ, quàm ibi potant. Plin. c. 37. l. 11.) quàm mammoſas in Meroë Ægypti civitate mulieres; quam Pygmæos omnes eſſe breves, bella gruibus inferre, &c. Plin. l. 7 c. 2. Solin. c. 15.

f Sat. 6. 527. g Cincinnos in formam cornuum & annulorum obliquantem. Tacit. de Germanis. h Ut hæc illis à naturâ & more; ita nobis Romanis ſcelera. i Grues à Strymone flavio Thraciæ ex improviſo advenas. k Cum clangore inſtar nubis gregatim volantes grues. l Sat. 6. 505. m *Object.* n *Reſp.* Ad Supplicium. o *Object.* è perſonâ Calvini. p Quod ſi membri jacturâ vel ſanguine fuſo ipſum pœnas luiſſe vidiſſem, lat haberem. q *Reſp. Poëtæ*, indoctos quidem & ſtultos imbecilles iræ eſſe ac vindictæ cupidos, doctos & ſapientes non ita. r Philoſophus Stoicorum acutiſſimus. s Ipſe Thales, unus è ſeptem ſapientibus Græciæ. t Socrates, qui ſub falſo crimine, quaſi de diis malè ſentiret, capitis damnatus datam à miniſtro publico cicutam intrepidus hauſit. u Anyto, Melito, poëtæ, vel Lyconi oratori.

Prima docens rectum [a]*ſapientia:* quippe minuti,
Semper & infirmi eſt animi, exiguique voluptas
Ultio: *continuò* [*] *ſic collige, quòd vindictâ*
Nemo magis gaudet quàm fœmina: Cur tamen hos tu
Evaſiſſe putes, quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos, *&* [b] ſurdo verbere cædit
Occultum quatiente animo tortore flagellum?
Pœna autem vehemens, ac multo ſavior illis,
Quas & [c] *Cæditius gravis invenit, aut* [d] *Rhadamanthus,*
Nocte dieque ſuum geſtare in pectore [e] teſtem.
[f] *Spartano cuidam reſpondit Pythia vates,*
Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret
Depoſitum retinere, & fraudem † *jure tueri*
† *Jurando: quærebat enim quæ numinis eſſet*
Mens, & an *hoc illi facinus ſuaderet Apollo.*
[g] *Reddidit ergò metu, non moribus; & tamen omnem*
[h] *Vocem adyti dignam templo, veramq; probavit,*
Extinctus totâ pariter cum prole, domoque,
Et quamvis longâ deductis gente propinquis:
Has patitur pœnas peccandi ſola voluntas.
Nam ſcelus intra ſe tacitum qui cogitat ullum,
Facti crimen habet: [i] cedo, ſi conata peregit?
Perpetua anxietas, nec menſæ tempore ceſſat
Faucibus ut morbo ſiccis, interque molares
Difficili creſcente cibo: ſed vina miſellus
Expuit, [k] *Albani veteris pretioſa ſenectus*
Diſplicet: [l] *oſtendas melius; denſiſſima ruga*
Cogitur in frontem, velut acri ducta Falerno.
Nocte brevem ſi ſortè indulſit cura ſoporem,
Et toto verſata toro jam membra quieſcunt,
Continuò [m] *templum, & violati numinis aras,*
Et, quod præcipuis mentem ſudoribus urget,
Te videt inſomnis; tua ſacra, & [n] *major imago*
Humanâ turbat pavidum, cogitque [o] *fateri.*

[a] Philoſophia moralis.
[*] Sic argue, conclude.
Fœminæ maximè gaudent vindictâ: Sed fœminæ ſunt infirmi animi, Ergo, &c.
Θῆλυ δὲ γένος ἐστὶ κακὸν ψυχῆς ἐπὶ κακίᾳ καὶ πάθος· εἷς καθ' ἕκαστον τῶν ἐπιληδευμάτων ἐκθηλύνεσθαι ἄρξεν δὲ ἀπάθεια καὶ ἀρετή, ὑφ' ὧν ἐγειρίμεσθα καὶ ἀνδρίζεσθαι. Philo Judæus de ſacrificio Abelis.
[b] Tacito, non audito.
[c] Judex ſub Vitellio ſeverus.
[d] Unus è judicibus apud inferos, Jovis ex Europâ filius.
[e] Conſcientiam carnificem.
[f] Glauco: vide hanc hiſtoriam apud Herodotum, l. 6.
† *Tmeſis:* jure-jurando.
[g] Filius Mileſii, qui depoſuerat.

[h] Vatis ex adyto: i. e. loco templi intimo, inacceſſo, ab α & δύω. reſponſum expertus eſt verum, ipſe cum universâ ſuâ familiâ paulò poſt extinctus. [i] Quod ſi voluntas puniatur, quantò magis qui velle in actum produxerit? [k] Vetuſtum & pretioſum Albanum vinum. [l] Si offeras melius, etiam dulciſſima & optima vina illi acria ſunt atque ingrata; neque mente ægrâ, palato ſapiunt aut ſtomacho arrident. [m] Templum, in quo pejeravit, urget illum in ſomnis. [n] Major effigie humanâ & auguſtior, quales ſolent apparere umbræ. [o] Scelus ſuum.

Hi ſunt qui trepidant, & [a] ad omnia fulgura pallent,
Cùm tonat, exanimes primo quoque murmure cœli;
Non [b] quaſi fortuitus, nec [c] ventorum rabie, ſed
Iratus cadat in terras, & vindicet ignis.
à Illa nihil nocuit, curâ graviore timetur
Proxima tempeſtas, velut hoc dilata ſereno.
Præterea [e] lateris [f] vigili cum febre dolorem
Si cœpere pati, miſſum ad ſua corpora morbum
Infeſto credunt à numine ſaxa Deorum
Hæc, & tela putant: [g] pecudem ſpondere ſacello
Balantem, & laribus [h] criſtam promittere galli
Non audent: quid enim ſperare nocentibus ægris
Conceſſum? *[i] vel quæ non dignior hoſtia vitâ?*
Mobilis & varia eſt fermè natura malorum:
[k] Cùm ſcelus admittunt, ſupereſt conſtantia; *quid fas,*
Atque nefas, tandem incipiunt ſentire, peractis
Criminibus: tamen ad mores natura recurrit
Damnatos, fixa, & mutari neſcia. Nam quis
Peccandi finem poſuit ſibi? quando recepit
Ejectum ſemel attritâ de fronte ruborem?
Quiſnam hominum eſt, quem tu contentum videris uno
Flagitio? [l] dabit in laqueum veſtigia noſter
Perfidus, & nigri patietur carceris [m] uncum,
Aut [n] maris Ægæi rupem, ſcopuloſque frequentes
Exulibus [o] magnis: pœnâ gaudebis amarâ
Nominis inviſi; tandemque fatebere lætus
Nec ſurdum, nec [p] Tireſiam quenquam eſſe Deorum.

a Ut Caligula.
b Ex Epicuri opinione.
c Ex vulgi opinione.
d Quod ſi viderit primam tempeſtatem nihil illi nocuiſſe.
e Pleuritida.
f Cujus calor ſomnum adimit.
g Pro ſanitate ſuperandâ vovere ovem vel agnum.
h Gallum quem Æſculapio ſolvit qui convaluit.
i Vel quænam pecus non eſt dignior vitâ, quàm ſceleſtus?
k Ante ſcelus perpetratum abundè confidentes, pòſt timidiſſimi, & ſibi ſceleris malè conſcii reſipiſcere volunt: non tamen poſſunt ipſi ad vitia proni, dulcedine jam & conſuetudine prægraviti, atque abjecto pudore in vitiis confirmati. *Nullum autem vitium deſinit ubi incipit.* Seneca.
l Alio de crimine dabit brevi in catenas pedes ſuos, qui te perfidè decepit.
m Sat. 10. 66.
n In exilii aliquam inſulam in mari Ægæo, hoc eſt, *Archipelago.*
o Nobilibus.
p Nec cæcum ut fuit Tireſias. *Ovid. Metam* 3.

SATYRA XIV.

Parentes reprehendit, qui, minùs piè ac caſtè coram liberis viventes, malis exemplis & pravâ inſtitutione iis autores ſunt aleæ, gulæ, crudelitatis, libidinis, luxûs in ædificiis extruendis, ſuperſtitionis & portentoſæ avaritiæ.

PLurima ſunt, Fuſcine, & famâ digna ſiniſtrâ,
* Et nitidis maculam ac rugam figentia rebus,
Quæ monſtrant ipſi pueris traduntque parentes.
Si damnoſa ſenem juvat alea, ludit & hæres
[a] Bullatus, parvoque eadem movet [b] arma [c] fritillo.
Nec de ſe [d] melius cuiquam ſperare propinquo
Concedet juvenis, qui radere tubera terræ,
Boletum condire, & eodem [e] jure natantes
Mergere [f] ficedulas didicit, nebulone parente,
Et [g] canâ monſtrante gulâ: cùm [h] ſeptimus annus
Tranſierit, puero nondum omni dente renato,
Barba os licèt admoveas mille inde magiſtros,
Hinc totidem, cupiet lautè cœnare paratu
Semper, & [i] à magnâ non degenerare culinâ.
[k] † Mitem animum, & mores [l] modicis erroribus æquos
Præcipit? atque animos ſervorum, & corpora noſtra
Materiâ conſtare putat paribuſque elementis?
An **ſævire docet Rutilus, qui gaudet acerbo
Flagarum ſtrepitu, & [m] nullam Sirena flagellis
Comparat [n] Antiphates trepidi laris, ac [o] Polyphemus?
Tum felix, quoties aliquis, tortore vocato,
Uritur ardenti duo propter [p] lintea ferro.
Quid ſuadet juveni lætus ſtridore catenæ,
Quem mirè afficiunt [q] inſcripta [r] ergaſtula, carcer
Ruſticus? expectas ut non ſit adultera [s] Largæ
Filia, quæ nunquam maternos dicere mœchos

* Quæ etiam res præclaras turpitudine inquinant.
a Filius adhuc puer bullam & prætextam geſtans. Perſ. Sat. 5. 31.
b Talos, aleas, & cætera ludi inſtrumenta.
c Vaſculo oblongo, è quo mittebantur teſſeræ vel talli in tabulam: vide quæ ad Mart. epig. 14 l. 4.
d Quàm de patre.
e Condimento.
f Aves, quòd ficus edunt, dictas.
g Cano patre guloſo.
h Puer in his deliciis enutritus ad ſeptimum ætatis annum, quo dentes renaſcuntur.
i Non deflectere à paterno luxu ad victum frugaliorem. k Pater crudelis dum in ſervos flagellis ſævit, † clementiam quæſo an ** crudelitatem præcipit filio? proculdubio crudelitatem. l Pauciſſimis vitiis corruptos. m Nullius Sirenis cantum æquè auditu jucundum putat, ac flagellorum ſonum. n Domûs ſuæ carnifex, Antiphate Læſtrygonum rege non minor. o Cyclopum immaniſſimus. p Furto ſubducta, *vel* amiſſa. q Cauterio inuſti ſervi. r Sat. 8. 180. s Adulteræ, ſic Sat. 6. 240.

Tam

Tam citè, nec tanto poterit contexere curſu,
Ut non ter decies [a] *reſpiret? conſcia matri*
Virgo fuit: [b] *ceras nunc,* [c] *hâc dictante, puſillas*
Implet, & ad mœchum dat [d] *eiſdem ferre* [e] *cinædo.*
Sic natura jubet; velociùs & citiùs nos
Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica, [f] magnis
Cùm ſubeant animos autoribus: *unus, & alter,*
Forſitan & hæc ſpernant juvenes, quibus arte benignâ,
Et [h] *meliore luto finxit præcordia Titan:*
Sed reliquos [i] *fugienda patrum veſtigia ducunt,*
Et monſtrata diu veteris trahit orbita culpæ.
Abſtineas igitur [k] *damnis*; *hujuſce etenim vel*
Una potens ratio eſt, nè crimina noſtra ſequantur
Ex nobis geniti; *quoniam* dociles imitandis
Turpibus, ac pravis omnes ſumus; *&* [l] *Catilinam*
Quocunque in populo videas, quocunque ſub axe:
Sed nec [m] *Brutus erit, Bruti nec avunculus uſquam.*
Nil dictu fœdum viſuque hæc limina tangat,
Intra quæ puer eſt: *procul hinc, procul inde* [n] *puellæ*
Lenonum, & cantus pernoctantis paraſiti.
Maxima debetur puero reverentia: *ſi quid*
Turpe paras, nec tu pueri contempſeris annos,
Sed [o] *peccaturo obſiſtat tibi filius infans.*
Nam ſi quid dignum cenſoris fecerit [p] *irâ,*
(Quandoquidem ſimilem tibi ſe non corpore tantùm
Nec vultu dederit, morum quoque filius) & cùm
Omnia deteriùs tua per veſtigia peccet,
[q] *Corripies nimirum, & caſtigabis* [r] *acerbo*
Clamore, ac poſt hæc [s] *tabulas mutare parabis.*
[t] *Unde tibi frontem libertatemque parentis,*
Cùm facias pejora ſenex? vacuumque cerebro
[u] *Jampridem caput hoc ventoſa cucurbita quærat?*
[w] *Hoſpite venturo ceſſabit nemo tuorum:*
[x] *Verre pavimentum, nitidas oſtende columnas,*

a *Take breath.* Ita multi ſunt, ut numerari nequeant uno ſpiritu, imò ſine crebrâ reſpiratione.
b Tabellas ad mœchum
c Matre ſuo exemplo præmonſtrante *vel ſimpliciter* dictante,
d Quibus mater dederat.
e Miniſtris turpibus.
f Parentibus & majoribus.
g Declinent parentum vitia.
h Prometheus Titanis nepos, qui homines è luto formâſſe fingitur ὡς σε Προμήθευς ἔπλασε, κ' ἐκ τηλεγέγουας. Callimach. id eſt, quibus Deus ingenium dedit ad virtutem proni.
i Prava exempla,
k Sceleribus, quæ te & filios perdent.
l Malos & patriam evertere conatos.

qualis fuit Catilina. m Boni & patriæ aſſertores, qualis erat M. Brutus, & Cato Uticenſis frater Serviliæ matris Bruti. n Meretrices & paraſiti in aleâ, vino, & laſcivis cantibus pernoctantes. o Nè peccet in illius malum exemplum. p Notâ Cenſoris. q *Iron.* r Acri increpatione. s Tabulas teſtamenti mutare, & eum exhæredare. t Supple *ſumes?* u Et tibi quaſi phrenetico adhibenda eſt, occipitio inciſo, Cucurbita. Angl. *a cupping-glaſs.* w Ut hoſpitem excipias, domum nitidam eſſe curas; cur non & ſanctam? x Uxor tua fremit: *Verre pavimentum, &c.*

Arida cùm totâ deſcendat aranea telâ;
Hic [b] *lavet argentum, vaſa* [c] *aſpera tergeat alter,*
Vox domini fremit inſtantis, virgamque tenentis.
Ergò miſer trepidas, nè ſtercore fœda canino
Atria diſpliceant oculis venientis amici,
Ne perfuſa luto ſit porticus, & tamen uno
Semodio ſcobis hæc emendat ſervulus unus:
Illud non agitas, ut ſanctam filius omni
Aſpiciat ſine labe domum, vitioque carentem?
Gratum eſt, [d] quod patriæ civem, populoque dediſti,
Si facis, ut patriæ ſit idoneus; *utilis agris,*
Utilis & bellorum, & pacis rebus agendis.
Plurimum enim intererit, quibus artibus, & quibus hunc tu
* Moribus inſtituas; † *ſerpente Ciconia pullos*
Nutrit & inventâ per devia rura lacertâ:
[e] *Illi eadem ſumptis quærunt animalia pennis.*
Vultur [f] *jumento, & canibus, crucibuſque relictis,*
Ad fœtus properat, partemque cadaveris affert:
Hic eſt ergò cibus magni quoque vulturis, & ſe
Paſcentis, propriâ cùm jam facit arbore nidos.
** *Sed leporem, aut capream* [g] *famulæ Jovis,* [h] *generoſæ*
In ſaltu venantur aves; hinc præda cubili
Ponitur: inde autem, cùm ſe matura levabit
Progenies, ſtimulante fame, feſtinat ad illam
Quam primùm [i] *rupto prædam guſtaverat ovo.*
Ædificator erat Centronius, & modò [k] *curvo*
Littore Cajetæ, ſummâ nunc [l] *Tiburis arce,*
Nunc [m] *Præneſtinis in montibus, alta parabat*
Culmina villarum, Græcis [n] *longéque petitis*
Marmoribus, vincens [o] *Fortunæ atq;* [p] *Herculis ædem,*
Ut ſpado vincebat Capitolia noſtra [q] *Poſides.*
Dum ſic ergò [r] *habitat Centronius, imminuit rem,*

a Aridis gaudens.
b Alii legunt, *Leve argentum.*
c Cœlata, & ſignis inſculpta.
d Quòd filium genueris.
* † *Malis ne, exemplo Ciconiæ & Vulturis, an,*
** *Bonis, exemplo Aquilæ & Accipitrum.*
e Pulli jam pennati.
f A cadaveribus jumenti, canum, aut furum in cruce pendentium prædam refert vultur ad pullos, quem in excelſiſſimis rupibus nidificare ſcribit Plinius lib. 10. c. 6. non in arboribus; ut noſter hic. Atque hinc, ubi adoleverint, illi vultures, aſſueto illo, & quo prius alebantur cibo, veſcuntur.
g Aquilæ Jovis armigeræ, altivolæ.
h Accipitres.
i Ovo excluſa & tenella progenies.
k Portu in ſinu Bajano, potiùs à curvo, quòd Lacones Cajetam vocant, quàm ab Æneæ nutrice dicto. *Virg. Æneid.* 7. ℣. 2. Cajeta.
l Urbis editæ utpote in monte ſitæ, in Sabinis ad lapidem ab urbe xvi *Tivoli.*
m Sat. 3. ℣. 190.
n Ex Ægypto, Numidiâ, &c.
o Præneſte vel Romæ.
p Tibure vel etiam Romæ.
q Claudii Cæſaris eunuchus & libertus, qui balneas extruxit magnificas in litore Bajano.
r Extruxit ædificia, quæ habitet.

[a]Fregit opes, nec parva tamen menſura relictæ
Partis erat; totam hanc [a]turbavit filius amens,
Dum meliore novas attollit marmore villas.
Quidam ſortiti [b]metuentem [c]ſabbata patrem,
[d]Nil præter nubes, & cœli [e]numen adorant,
Nec diſtare putant humanâ carne [f]ſuillam,
Quâ pater abſtinuit; mox & [g]præputia ponunt:
Romanas autem ſoliti contemnere leges,
Judaïcum ediſcunt, & ſervant, ac metuunt jus,
Tradidit arcano quodcunque volumine [h]Moſes:
[i]Non monſtrare vias, eadem niſi ſacra colenti:
Quæſitum ad fontem ſolos deducere [k]verpos.
Sed pater in causâ, cui ſeptima quæque fuit lux
Ignava, & partem vitæ non attigit ullam.
Sponte tamen juvenes imitantur cætera; ſolam
Inviti quoque avaritiam exercere [l]jubentur.
Fallit enim [m]vitium ſpecie [n]virtutis & umbrâ,
Cùm ſit triſte habitu, vultuque & veſte ſeverum.
Nec dubiè tanquam frugi laudatur avarus,
Tanquam parcus homo, & rerum tutela ſuarum
Certa magis, quàm ſi fortunas ſervet eaſdem
[o]Heſperidum ſerpens, aut [p]Ponticus: adde quod hunc, de
Quo loquor, egregium populus putat, atq; verendum
*Artificem; quippe his creſcunt patrimonia *fabris:
Sed creſcunt quocunque modo majoraque fiunt
*Incude aſſiduâ, ſemperque ardente *camino.
Et pater ergò [q]animi felices credit avaros,
Qui miratur opes, [r]qui nulla exempla beati
Pauperis eſſe putat; juvenes hortatur, ut illam
Ire viam pergant, & eidem incumbere ſectæ.
Sunt quædam vitiorum elementa, his protinus illos
Imbuit, & cogit [s]minimas ediſcere ſordes:

a Abſumſit, dilapidavit.
b Superſtitioſè colentem. *Ethnicè.*
c Septimum quemque diem, qui Judæis *ſabbatum*, ceſſatio eſt.
d Quippe inter precandum cœlum ſuſpicientes unum tantùm Deum agnoſcunt Judæi. *Mente ſolâ unumq; numen intelligunt*, &c. Tacit. 5. hiſt. *Nubila de laquearibus exſpectatis*, &c. Tertull. in Apologetico. Et hinc præter Judæos jactatus Socrates ab Ariſtophane in nubibus.
e Alii *Lumen* legunt, ſed vide notam præcedentem
f Quâ abſtinent Judæi ex inſtituto veteri, ὅτι διακλεῖ μὲν ὁ μηνυκὸν τῶ ὗς θελερὸν καὶ καρκαρώδης. Philo Judæus lib. de Agric. vide Sat. 6. ℣ 161.
g Circumciduntur.
h Propheta ex ſacra paginâ notus.
i Non niſi eandem profeſſis religionem præſtare officium viam vel fontem monſtrandi ſeu aliud quodvis.
k Circumciſos Judæos ob renudatam verpam ad ἕρπω, ſerpo. vide J. C. Scal. 1. lib. de cauſis Linguæ Latinæ. 28.
l A parentibus inſtituuntur.
m Avaritia, vel generalitèr, omne vitium.
n Frugalitatis.
o Pervigil draco cuſtos aureorum malorum in horto Heſperidum filiarum Atlantis.
p Draco apud Colchos in Ponto aurei velleris à Phryxo ſuſpenſi cuſtos.
* *Metaph. à fabrili arte.*
q Sup. *eſſe. vel. animi felices, Helleniſmus.*
r Qui neminem pauperem judicat beatum.
s Triparcæ hujus & ſordidæ avaritiæ principia & præcepta vide à Theophraſto expreſſa in characteribus Ethicis, περὶ μικρολογίας, & περὶ ἀδελυξίας.

Mox acquirendi docet insatiabile votum.
Servorum ventres [a] *modio castigat iniquo*
Ipse quoque esuriens: neq; enim omnia sustinet unquam
Mucida [b] *cærulei panis consumere frusta,*
Hesternum solitus medio servare [c] *minutal*
[d] *Septembri, necnon differre in tempora cœna*
Alterius [e] *concham æstivi cum parte* [f] *lacerti*
[g] *Signatam, vel dimidio, putrique siluro,*
Filaque sectivi numerata includere porri.
Invitatus ad hæc aliquis [h] *de ponte negabit.*
Sed quò divitias hæc per tormenta coactas?
Cùm furor haud dubius, cùm sit manifesta phrenesis,
Ut locuples moriaris egenti vivere fato.
Interea pleno cùm turget sacculus ore,
Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit,
Et minùs hanc optat, qui non habet: *ergò paratur*
Altera villa tibi, cùm rus non sufficit unum,
Et proferre libet fines, majorque videtur,
Et melior vicina seges; mercaris & hanc, &
Arbusta, & densâ montem qui canet [i] *olivâ:*
Quorum si pretio dominus non vincitur ullo,
Nocte boves macri, lassoque famelica collo
Armenta ad virides hujus mittuntur aristas:
Nec priùs inde domum, quàm tota [k] *novalia sævos*
In ventres abeant, ut credas falcibus actum.
Dicere vix possis, quàm multi talia plorent,
Et quot venales [l] *injuria fecerit agros.*
* *Sed qui sermones? quæ fœda buccina fama?*
Quid nocet hoc? inquit: [m] *tunicam mihi malo lupini,*
Quàm si me toto laudet vicinia pago
[n] *Exigui ruris paucissima farra secantem.*
[o] *Scilicet & morbis, & debilitate carebis,*
Et luctum & curam effugies, & tempora vitæ
Longa tibi post hæc fato meliore dabuntur,
Si tantum culti solus possederis agri,
Quantum sub [p] *Tatio populus Romanus arabat.*
Mox etiam fractis ætate ac [q] *Punica passis*
Prælia, vel Pyrrhum immanem, gladiosque [r] *Molossos,*

a Cibi demensi quidam μέτρῳ Theophr. περὶ ὀδμῶν.
b E mucore.
c Cibum è variis minuratim concisis.
d Quo mense obsonia citissimè corrumpuntur.
e Sat. 3. ℣. 293.
f Pisciculi.
g Signo appositò ad fraudes servorum cavendas.
h Mendicus, Sat. 4. 116.
i Oleis flore candidis.
k Novalis segetes & fructus depascantur macri lassiq; boves.
l Potentum, qui coëgere pauperes vendere agros.
* *Objectio.*
m Siliquam lupini leguminis. *Populus me sibilat, at mihi plaudo.* Horat. Sat. 1. 66
n Parvæ messis dominum.
o *Hæc Poëta cum irrisione.*
p Duce Sabinorum in urbis partem à Romulo accepto.
q Adversùs Carthaginenses in Siciliâ, Italiâ, Africâ.
r Epirotarum regem: Molossia autem pars Epiri est.

Tandem pro multis vix jugera bina dabantur
Vulneribus: merces ea ſanguinis atque laborîs
Nullis viſa unquam meritis minor, aut [a] *ingrata* 165
Curta fides patriæ: ſaturabat [b] *glebula talis*
Patrem ipſum, turbamq; caſæ, quâ fœta jacebat
Uxor, & infantes ludebant quatuor; [c] *unus*
[d] *Vernula, tres* [e] *domini: ſed magnis fratribus horum*
[f] *A ſcrobe vel ſulco redeuntibus, altera cœna* 170
Amplior, & grandes fumabant * *pultibus ollæ.*
Nunc modus hic [g] *agri noſtro non ſufficit horto.*
Inde ferè ſcelerum cauſæ, nec plura venena
Miſcuit, aut ferro graſſatur ſapiùs ullum
Humanæ mentis vitium, quàm ſæva cupido 175
[h] *Indomiti cenſûs:* nam dives qui fieri vult,
Et citò vult fieri: ſed quæ reverentia legum?
Quis metus, aut pudor eſt unquam properantis avari?
Vivite contenti caſulis, & collibus iſtis,
O pueri, [i] *Marſus dicebat, & Hernicus olim,* 180
Veſtinuſque ſenex: panem quæramus aratro,
Qui ſatis eſt menſis: laudant hoc [k] *numina ruris,*
[l] *Quorum ope & auxilio, gratæ poſt munus ariſtæ,*
Contingunt homini veteris faſtidia quercûs.
Nil [l] *vetitum feciſſe volet, quem non pudet alto* 185
Per glaciem perone tegi, qui [m] *ſummovet Euros*
Pellibus inverſis: peregrina ignotaque nobis
Ad ſcelus, atque nefas, quodcunq; eſt, purpura ducit.
Hæc illi veteres præcepta minoribus: at nunc
Poſt finem autumni mediâ de nocte ſupinum 190
Clamoſus juvenem pater excitat: accipe [n] *ceras,*
Scribe puer, vigila, cauſas age, perlege [o] *rubras*
Majorum leges, aut [p] *vitem* [q] *poſce libello:*
Sed caput [r] *intactum buxo, nareſque piloſas*
Amotet, & grandes miretur [s] *Lælius alas.* 195

a Neque ingrata aut parca nimis videbatur patria, quæ tam bene meritis tantulam rependeret mercedem.
b Duorum jugerum. Plin. l. 18. c. 2.
c E quibus unus, &c.
d Exſervâ natus.
e Filii familias ingenuè nati.
f Fodiendo vel arando.
* Fiebat pulſ ex æquis partibus farinæ, frumenti, & fabarum aut hordei. Alex. ab Alex c. 11. l. 3. Pulte autem non pane vixerunt longo tempore Romani. Plin. l. 18. c. 8. Val. Max. l. 2. c. 5.
g Priſcorum fundi: i. duorum jugerum.
h Inſatiabilis, infiniti.
i Italiæ populi.
k *Liber & alma Ceres, veſtro ſi munere tellus Chaoniam pingui glandem mutavit ariſtâ.* Vir. Geor. 1. 17. l Nihil admittet ſceleris contra naturæ & patriæ leges, qui parvo contentus ſecundùm naturam vivit. m Ventorum frigus depellit. n Tabellas ceras. o Perſ. Sat. 5. ỳ. 90. p Centurionis munus, qui vitem geſtabat, quâ milites puniret. Livius l. 57. Plutarch. in Galbâ. L. Flo. Plin. l. 14. c. 1. &c. Sat. 8. ỳ. 247. q Libello ſupplice. r Pectine è buxo intactum; i. e. impexum, ut incultus etiam ſtrenuus appareas. s Imperator.

Dirue Maurorum [a] *Attegias, caſtella* [b] *Brigantum,*
[c] *Ut locupletem aquilam tibi ſexageſimus annus*
Afferat; aut longos caſtrorum ferre labores
Si piget, & trepido [d] *ſolvunt tibi cornua ventrem*
Cum lituis audita, pares, quod vendere poſſis
[e] *Pluris dimidio; nec te faſtidia mercis*
Ullius ſubeant ableganda [f] *Tiberim ultra,*
Nec credas ponendum aliquid diſcriminis inter
Unguenta & corium: [g] lucri bonus eſt odor ex re.
Qualibet [i] *illa tuo ſententia ſemper in ore*
Verſetur, diis atque ipſo Jove digna, [h] *poëtæ:*
Unde habeas quærit nemo, ſed oportet habere.
Hoc monſtrant vetula [l] *pueris poſcentibus aſſem:*
Hoc diſcunt omnes ante Alpha & Beta puella.
Talibus inſtantem monitis quemcunque parentem
Sic poſſum affari: dic, ô vaniſſime, quis te
[k] *Feſtinare jubet? meliorem* [l] *præſto* [m] *magiſtro*
Diſcipulum: ſecurus abi, vincêris, ut Ajax
Præteriit [n] *Telamonem, ut* [n] *Pelea vicit Achilles.*
Parcendum eſt teneris, [o] *nondum implevere medullas*
Nativa mala nequitiæ: cùm pectere barbam
Cœperit, & longi mucronem admittere [p] *cultri,*
Falſus erit teſtis, vendet perjuria ſummâ
Exiguâ, Cereris [q] *tangens aramque pedemque:*
[r] *Elatam jam crede nurum, ſi limina veſtra*
[s] *Mortifera cum dote ſubit,* [t] *quibus illa premetur*
Per ſomnum digitis? nam quæ terrâque marique
Acquirenda putes, brevior via conferet illi.
[u] Nullus enim magni ſceleris labor: [w] *hæc ego nunquam*

a Mapalia.
b Britannorum in ſeptentrionali parte Albionis Inſulæ, qui aliis *Eboracenſes* ſunt, aliis *Galwici.*
c Ut ſexagenarius & emeritus ſigniferi munere ſeu opibus honoreris: vide Martialis ep. 58. l. 6. f.
d Muſculi enim qui retrimentorum meatus claudunt, animæ, per timorem introfugiente calore & virtute deſtituti laxant vincula. Ariſt. probl. & Macrob. Sat. 7. c. 11. quo aureo imbre conſperſum ac reprehenſum introducit Dionyſium Ariſtophanes in Βαλανῷ.
e Dimidio pluris quàm ſtetit.
f Trans Tiberim enim fœtida opera, ut ſulphurata, & excoriationes exercebantur: vide quæ ad Martial. ep. 42. l. 1. b. g Reſpicit ad notum illud Veſpaſiani de vectigali è lotio. Sueton. Veſpaſ. c. 23. h Ennii ab Euripidis Bellerophonte ſumptum, qui tamen hoc ironicè dixit. i Parvulis Sat. 5. 144. k Ante annos avaritiâ filium inquinare. l *I'll warrant him.* m Te patre, qui docuiſti. n Ut illi patres ſuos fortitudine, ita te filius tuus avaritiâ, nequitiâ, & omni ſcelere ſuperabit. o Vitia patria nondum firmam ætatem nacta ſunt. p Novaculæ ad barbam radendam, i. e. ubi adoleverit. q Jurantibus aram tangere mos erat. r Proculdubio uxorem ſuam filius tuus veneno peremptam ad funus efferet. s Quanta ſit illi exitii cauſa. t Aconito infectis, quibus ſi mulieris genitalia tractentur præſentanea mors eſt: hoc Calpurnio Beſtiæ objecit M. Cœcilius. u Neque enim res ardua eſt perpetrare ſcelus aliquod magnum; præceps eſt ad ſcelus via. w *Excuſat pater.*

Mandavi,

Mandavi, dices olim, nec talia ſuaſi:
[a] *Mentis cauſa malæ tamen eſt, & origo penes te.*
Nam quiſquis magni cenſûs præcepit amorem,
Et [b] *lævo monitu pueros producit avaros;*
Et qui per fraudes patrimonia conduplicare
Dat libertatem, totas effudit habenas
Curriculo: quem ſi revoces, ſubſiſtere neſcit,
Et te contempto rapitur, metiſque relictis.
Nemo ſatis credit tantùm delinquere, quantùm
Permittas, [c] adeò indulgent ſibi latiùs ipſi.
Cùm dicis juveni [d] *ſtultum, qui donet amico,*
Qui paupertatem levet atteſtatque propinqui;
Et ſpoliare doces, & [e] *circumſcribere, & omni*
Crimine divitias acquirere, [f] *quarum amor in te eſt,*
Quantus erat patriæ Deciorum in pectore, quantum
Diſcrevit Thebas, [g] *ſi Græcia vera,* [h] *Menœceus;*
[i] *In quarum ſulcis legiones dentibus anguis*
Cum clypeis naſcuntur, & horrida bella capeſſunt
Continuò, tanquam tubicen ſurrexerit unà:
Ergò [k] *ignem, cujus ſcintillas ipſe dediſti,*
Flagrantem latè & rapientem cuncta videbis?
Nec tibi parcetur miſero, [l] *trepidumque magiſtrum*
In caveâ magno fremitu leo tollet alumnus.
Nota Mathematicis [m] *geneſis tua, ſed* [n] *grave tardas*
Expectare [o] *colos, morieris* [p] *ſtamine nondum*
Abrupto; jam nunc obſtas, & vota moraris,
Jam torquet juvenem longa & [q] *cervina ſenectus.*
Ocyus [r] *Archigenem quære, atque eme* [s] *quod Mithridates*
Compoſuit, ſi vis [t] *aliam decerpere ficum,*
Atq; alias [u] *tractare roſas: medicamen habendum eſt,*
Sorbere ante cibum quod debeat aut [w] *pater, aut* [x] *rex.*
Monſtro voluptatem egregiam, cui nulla [y] *Theatra,*
Nulla æquare queas prætoris [y] *pulpita lauti;*

a *Reſpondet Poëta.*
b Iniquo, inhoneſto.
c Etiam ultra patris præcepta peccandi licentiam ſibi arrogabunt.
d Eum eſſe ſtultum qui donet amico.
e Fraude excipere.
f Quas divitias tu amas, quantum Decii pater & filius patriam, qui ſe pro legionibus Romanis devoverunt. Sat. 8. ℣. 258.
g Satyr. 10. ℣. 174.
h Qui oraculi monitu edoctus Thebas non capi poſſe ſi ſe devoveret, gladio ſe transfixit. Papin. l. 10. Thebaidos: & Philoſtratus l. Icon. 1. Λέγιον γάρ τι ὁ Τειρεσίας λέγει, &c.
i Hanc de Cadmo fabulam, vide in *Metam. Ovid.* l. 3.
k Avaritiæ flammam.
l Filius te patrem tollet ut leo magiſtrum ſuum Domitiani tempore. Martial l. Spectaculorum 10. epigrammate. m Ætatis tuæ longitudo ex horoſcopo navitatis tuæ inquiretur à filio. *Patrios inquiret in annos Filius.* Ovid. n Grave erit filio tuo expectare fatum tuum. o Parcarum. p Naturalis vitæ modo. q Longæva ut cervi; filio nimis longa viſa. r Medicum, s Antidotum, Sat. 6. ultima linea. t Alium videre autumnum. u Aliud videre ver i.e. in alium annum vivere. w Qui malos habet filios. x Qui malos habet ſubditos. y Ludos ſcenicos.

Si ſpectas quanto capitis diſcrimine conſtant
Incrementa domûs, æratâ multus in arcâ
Fiſcus, & [a] ad vigilem ponendi Caſtora nummi,
[b] Ex quo Mars ultor galeam quoque perdidit, & res
Non potuit ſervare ſuas: ergò [c] omnia Floræ,
Et [d] Cereris, licet & [e] Cybeles [f] aulæa relinquas:
[g] Tanto majores humana negotia ludi.
An magis obiectant animum jactata [h] petauro
Corpora, [i] quique ſolent rectum deſcendere funem,
Quàm tu, [k] Coryciâ ſemper qui puppe moraris,
Atque habitas Coro ſemper tollendus, & Auſtro
*Perditus, * ac vilis ſacci mercator [l] olentis?*
Qui gaudes pingui antiquo de littore Cretæ
[m] Paſſum, & [n] municipes Jovis advexiſſe lagenas?
[o] Hìc tamen ancipiti figens veſtigia plantâ
Victum illâ mercede parat, [p] brumamque famemque
Illâ reſte cavet: tu propter mille talenta,
Et centum villas temerarius: aſpice portus,
Et plenum magnis trabibus mare: [q] plus hominum eſt jam
In pelago: veniet claſſis quòcunque vocârit
Spes lucri, nec [r] Carpathium, [s] Getulaque tantùm
Æquora tranſiliet, ſed longè [t] Calpe relictâ,
Audiet Herculeo [u] ſtridentem gurgite ſolem.
Grande operæ pretium eſt, ut tenjo [w] folle reverti
Inde domum poſſis, tumidâque ſuperbus alutâ,

a Ad templum Caſtoris, ex more divitum qui theſauros in templis deponere ſoliti erant, quaſi jam ſecuri de iis quæ Deorum tutelæ credidiſſent: Ἴδε, ὃ τοῖς παλαιοῖς τὰ χρήματα ἐν τοῖς ἱεροῖς ταμιεύων. Thucydidis ſcholiaſtes.

b Ex quo in templo Martis compilatæ fuerunt arcæ, ipſiuſque Dei galea furto ſurrepta: vide Martialis epigr. 72. l. 6. & Anthologiæ l. 2. c. 25. de Eutychida.

c Floralia.

Perſ. Sat. 5. 178.

d Ludos Cereales. vide Ang. Politiani misc. c. 85.

e Megaleſia.

f Sat. 6. ỳ. 69.

g Hæc avarorum hominum negotia & immodici labores ad augendam omni modo rem, in tantum ſuperant omnia ludorum genera.

h Rota vel circulo ligneo per quem ſaltando ſe jactabant Petauriſtæ. Manilius lib. 3. ibique Scalig.

i Funambuli.

k E Ciciliâ. Corycus autem promontorium ſeu mons Ciliciæ, in quo antrum Corycæum, ubi optimum naſcitur crocum. Eſt & nomen promontorii Cretæ.

* Alii legunt *à Siculis*.

l Olentis mercem aliquam fœtidam.

m Liquorem ex uvis ad ſolem paſſis. *Columella* l. 12. c. 39.

n Vinum Cretenſe in lagenis. Jupiter enim in Cretâ natus eſt, ita Sat. 4. ỳ. 33. *ſluros* appellavit *Criſſæi municipes*.

o Funambuli tamen & petauriſtæ hos ſubeunt labores & pericula, quò ſibi ad vitam neceſſaria acquirant; tu, ut immodica & ſuperflua: tanto iis inſanior es & dementior.

p Frigus brumæ.

q Plures navigant jam quàm terram colunt.

r Extremum maris mediterranei à Carpatho inſulâ denominatum.

s Libyca.

t Altera ex Herculis columnis in Hiſpaniâ ſita. *Gibraltar*. Altera in Africâ ſita, Abyla, hoc eſt. Nautæ, qui longè poſt ſe reliquerunt Herculis columnas, audient in mari Atlantico, &c.

u Quem Poſidonius Philoſophus atque è poëtis nonnulli finxerunt occidentem in æquore ſtridere uti candens ferrum in aquâ.

w Sacculo è corio nummis pleno.

* Oceani

[a] *Oceani monſtra, &* [b] *juvenes vidiſſe marinos.*
Non unus mentes agitat furor: [c] *ille* [d] *ſororis*
In manibus vultu [c] *Eumenidum terretur, &* [f] *igni:*
[g] *Hic bove percuſſo mugire Agamemnona credit,*
Aut Ithacum: [h] *parcat tunicis licèt atq; lacernis,*
[i] Curatoris eget, qui navem mercibus implet
Ad ſummum latus, & [k] tabulâ diſtinguitur unda:
Cùm ſit cauſa mali tanti, & di criminis hujus
[l] *Conciſum argentum in titulos, facieſque minutas.*
Occurrunt nubes, & fulgura: ſolvite funem,
[m] *Frumenti dominus clamat, piperiſque coëmptor;*
Nil color hic cœli, nil [n] *faſcia nigra minatur,*
[o] *Æſtivum tonat: infelix hâc forſitan ipsâ*
Nocte cadet fractis trabibus, fluctuque premetur
Obrutus, & [p] *zonam lævâ morſuque tenebit.*
Sed cujus votis modò non ſufficerat aurum
Quod [q] *Tagus, & rutilâ volvit* [r] *Pactolus arenâ,*
Frigida [s] *ſuffi ient velantes inguina panni,*
Exiguuſque cibus, merſâ rate naufragus aſſem
Dum rogat, & [t] *pictâ ſe tempeſtate tuetur.*
Tantis parta malis, curâ majore, metuque
Servantur: miſera eſt magni cuſtodia cenſûs.
Diſpoſitis prædives [u] *hamis vigilare cohortem*
Servorum noctu [w] *Licinus jubet, attonitus pro*
[x] *Electro,* [y] *ſigniſque ſuis, Phrygiâque columnâ,*
Atque [z] *cbore, &* [aa] *latâ teſtudine.* [bb] *dolia nudi*
Non ardent [cc] *Cynici; ſi fregeris, altera fiet*
Cras domus, aut eadem [dd] *plumbo commiſſa manebit.*
Senſit Alexander, teſtâ cùm vidit in illâ

a *Monſtra natantia Horat.* l. 1. Od. 3. cete, balænas.
b Tritonas & Sirenas.
c Oreſtes, ut eſt apud Euripidem.
d Electræ.
e Furiarum, quas ubi Oreſtes placâſſet, nominavit Eumenidas à benevolentiâ.
f Facibus
g Ajax apud Soph mente captus duos boves pro Agamemnone & Ulyſſe flagellat.
h Etſi non liceret veſtes more furioſorum mercator.
i Tamen inſanus eſt: hominibus verò nequam & malè antis interdici bonis ſolebat, curatore dato.

k Satyr. 12 ỳ. 58. l Nummi titulis & imaginibus principum ſignati. m Mercator. n Atræ nubis circulus. o Brevis temporis eſt hoc tonitru, quale æſtivum ſolet è calore. p Cingulum, in quo nummi recondiri, lævâ manu vel ore tenebit mordicùs, dum dextrâ dirigit tabulam, cui innititur. q Auriferi fluvii in Luſitaniâ ----r---- & Lydiâ. s Poſt naufragium. t Sat. 12. ỳ 28. & Perſ. Satyr. 1. ỳ 89. u Uncis ferreis. Turneb. 19. 23 vaſa aquaria intelligit in promptu ad extinguenda incendia: ab hamâ, cùm hamus penultimam habeat longam: ἅμμις καὶ σκάφος, &c. Plutarch. de animalium induſtriâ: & Plin. Jun. l. 10. ep. 42. nam ſalutem: parag. ut curam II. de off. Præf. vigilum Ut curam adhibeant omnes inquilinos admonere, nè negligentiâ aliquâ incendii caſus oriatur; præterea ut aquam unuſquiſque in cœnaculo habeat, jubetur admonere. w Dives. Sat. 2 Perſ. ỳ. 36. x Poculis ex electro. y Statuis. z Sat. 11 ỳ. 123. aa Satyr. 11. ỳ. 94. bb Dolia fictilia. Plin 35. l. 12. c. cc Diogenis & aliorum Cynicorum. dd Per ferruminationem, aut plumbationem, μολύβδωσιν. erat ergò fictilis.

[a] *Magnum habitatorem*, quanto [b] felicior hic, qui
Nil cuperet, quàm qui [c] totum ſibi poſceret [c] orbem,
Paſſurus geſtis æquanda pericula rebus.
[d] Nullum numen abeſt ſi ſit prudentia, ſed te
Nos facimus Fortuna deam. Menſura tamen quæ
Sufficiat cenſûs, ſi quis me conſulat, edam:
In quantum ſitis, atq; fames & frigora poſcunt,
Quantum [e] *Epicure tibi parvis ſuffecit in hortis;*
Quantum [f] *Socratici ceperunt* [g] *ante penates:*
Nunquàm aliud natura, aliud ſapientia dicit.
[h] *Acribus exemplis videor te claudere: miſce*
Ergo aliquid [i] *noſtris de moribus, effice* [k] *ſummam*
Bis ſeptem ordinibus, quam lex dignatur Othonis.
Hæc quoque ſi [l] *rugam trahit, extenditque labellum:*
Sume [m] *duos equites, fac tertia quadringenta:*
Si nondum implevi gremium, ſi panditur ultra:
Nec Cræſi fortuna unquam, nec Perſica regna
Sufficient animo, nec divitiæ [n] *Narciſſi,*
Indulſit Cæſar cui Claudius omnia, [o] *cujus*
Paruit imperiis uxorem occidere juſſus.

a Diogenem affectibus majorem.
b Alludit ad illud. *Alexander niſi eſſem, Diogenes eſſe velim.*
c Imo plures. Sat 10. ỳ. 168.
d Eadem, Sat. 10. ỳ. 365
e Qui hortum colens, olere. Polentâ & aquâ contentus cùm ipſo Jove de felicitate contenderit.
f Frugalis Socratis domus.
g Ante Epicurum.
h Si te intra horum frugalitatis terminos coangustem.
i Liberius indulge opibus accumulandis & velificare divitiis, quod nos hodie facimus. k Sat. 3. ỳ. 155. l Non tibi arrideat, ſed te cogat, quod dicitur Anglicè, *to bend the brow, and hang the lip.* m Duorum equitum cenſus octingenta H. S. noſtræ monetæ 6250. lib. n Liberti Claudii ditiſſimi. Sueton. Claud. c 28. o Neq; enim Claudius Meſſalinam uxorem quæ nupſit Silio, Satyr. 10. ỳ. 330. Interfeciſſet; niſi properâſſet index, delatorq; adulterii, & quodam modo imperator cædis, Narciſſus. Tacit. Annal. 11. ad fin.

SATYRA XV.

Ægyptiorum ſuperſtitionem ridet: mox crudelitatem eorum execratus narrat, quàm avidè quidam ex Ægyptiis hoſtem captum diſcerpſerint crudumque voraverint.

*Quis neſcit Voluſi Bithynice, * qualia demens*
Ægyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars hæc: illa [a] *pavet ſaturam ſerpentibus* [b] *Ibin.*

* Σέβεσι μέν ῆοι κροκοδείλες, κύνας, ἀλλάγες, λύκες, πίθηκες, ἴβεις, καὶ ἰέρακας· ἰχθύων, &c. Philo Jud. l. de decalogo: rationem vide apud Lucian. περὶ ἀσρολογίας. ☥ ἄπιν ἐν Μέμφει, &c. ☥ τράγον ἐν Μένδηλι. ☥ κροκόδειλον ἐν τῇ Μύριδος λίμνῃ. Diod. Sic. l. 1. Οἱ μὲν ναοὶ κάλλιςοι, &c. ἔνδον δὲ ἦν ζητῆς ☥ θεὸν, ἢ πίθηκος ἐςὶν, ἢ ἶβις, ἢ τράγος, ἢ ἄλλο τι. Lucian. εἰκόνες, & Pomp. Mela. l. 1. a Superſtitioſè veneratur: vide Diod. Sic. l. 1. b Avem Ciconiæ ſimilem, quæ angues & locuſtas vorat. Atque hinc Ægyptiis numinis loco eſt. Plin. c. 28. l. 10.

Effigies

Effigies [a] *ſacri nitet aurea* [a] *Cercopitheci,*
[b] *Dimidio magica reſonant ubi Memnone chordæ,*
Atque [c] *vetus Thebe centum jacet obruta portis.*
Illic [d] *cæruleos, hic piſcem fluminis, illic*
Oppida tota [e] *canem, venerantur, nemo* [f] *Dianam:*
[g] *Porrum & cepe nefas violare, ac frangere morſu.*
O ſanctas gentes, quibus hæc naſcuntur in hortis
Numina! [h] *lanatis animalibus abſtinet omnis*
Menſa: nefas illic [i] *fœtum jugulare capellæ:*
Carnibus humanis veſci licet. Attonito cùm
Tale ſuper cœnam facinus narraret Ulyſſes
[k] *Alcinoo, bilem aut riſum fortaſſe* [l] *quibuſdam*
Moverat ut mendax [m] *aretalogus:* [n] *in mare nemo*
Hunc abicit, ſævâ dignum [o] *verâque Charybdi,*
Fingentem [p] *immanes Læſtrygonas, & Cyclopas?*
Nam [q] *citiùs Scyllam, vel* [r] *concurrentia ſaxa*
Cyanes, [s] *plenos & tempeſtatibus utres*
Crediderim, aut tenui [t] *percuſſum verbere Circes:*
Et cum remigibus grunniſſe Elpenora porcis.
[u] *Tam vacui capitis populum Phæaca putavit?*
Sic aliquis meritò nondum ebrius, & minimum qui
De [w] *Corcyræâ temetum deduxerat urnâ:*
Solus enim hoc Ithacus [x] *nullo ſub teſte canebat.*
Nos miranda quidem, ſed nuper conſule * *Junio*

a Simiæ caudatæ, ſacræ & pro Deo habitæ.

b Ubi dimidia pars Coloſſi ſaxei Memnonis (altera enim pars motu terræ corruerat) ſolis Orientis radiis icta ſonum vocalem citharæ edebat, magicâ (ut creditum) arte. ἀκέσαι τὸ θαυμαζὸν ἐκεῖνο ☥ Μέμνονα ἠχὴν πρὸς ἀνίαχον ☥ ἥλιον. Lucian. φιλοψευδ. & idem in τόξαρι. Pauſan. in Atticis. Philoſtratus in Iconibus. Plin. l. 36. c. 7. Strabo. l. 17.

c A Buſiride condita in Ægypto, ἑκατόμπυλον· vide & Sat. 13 27.

d Piſces maris cœrulei: vel lege *Æluros*, qui ſunt è felium genere πρὸς τὰς κοσμίδας θανάσιμον δακνῦσας ἰὸν ἔχοι. Diod. Sic. l. 1. & Herodot. l. 2. & ſupra ex Luciano & Philone * ad v. 1.

e Anubin. Sat. 6. 534.

f Quæ tamen canum & venationis præſes eſt: in urbe tamen Bupaſti coli eam tradit Herodot. l. 2.

g Quod creſcendi & minuendi vices habeat Lunæ contrarias: & alias abſtinentiæ & conſecrationis fructuum rationes, vide apud Diod. Sicul. l. 1.

h Ovibus.

i Hædum.

k Regi Phæacum in Corcyra, apud quem labores ſuos narrantem facit Ulyſſem Homerus Odyſſ. 7. 8. 9. l. E Phæacibus accumbentibus.

m Placentia narrans ab ἀγρὸς gratus & λέγω. Turneb. 10. 12. Caſaubonus tamen ad Suetonii Auguſt. c. 74. *aretalogos* exponit, *paraſitos philoſophos*, & quos Seneca ep. 29. vocavit *circulatores Philoſophos*, qui in conviviis lautiorum, quæ frequentabant, de virtutibus & vitiis diſceptabant, qualem Antidoti refert Athenæus l. 6. c. 9. vide etiam quæ Joſ. Scal. ad Auſon. l. 2. c. 5.

n *Quaſi dicat Phæacum quiſpiam indignatus Ulyſſem.*

o Non qualem iſte fingit, voragine naves abſorbente, ſed verâ immergendum.

p Formiis in Italia & in Sicilia qui carnibus humanis veſcuntur.

q Citius hæc crediderim quàm eſſe ἀνθρωποφάγους.

r Scopulos ſub Thracio Boſphoro, qui non multum à ſe invicem diſtantes navigantibus concurrere videntur, dicuntur & Symplegades.

s Ventos in utre incluſos, Ulyſſi ab Æolo datos.

t Elpenorum cum aliis remigibus Circes virgâ tactos, in porcos & alias pecudes mutatos.

u Tam nullius cerebri craſſique ingenii eſſe nos?

w Vinum Corcyræ inſulæ Phæacum in mario Ionio. *Corfu.*

x Ut qui ſolus enataverit.

* Junio Sabino, qui Cos. cum Domitiano A. U. 836. *Synecph.*

Geſta,

Geſta ſuper [a] *calidæ referemus mœnia* [b] *Coptis;*
Nos vulgi ſcelus, & cunctis graviora [c] *cothurnis.*
Nam ſcelus [d] *à Pyrrhâ quanquam omnia* [e] *ſyrmata*
volvas,
Nullus apud tragicos populus facit: accipe noſtro
Dira quod exemplum feritas produxerit ævo.
Inter finitimos vetus, atque antiqua ſimultas,
Immortale odium, & nunquam ſanabile vulnus
Ardet adhuc [f] *Ombos, &* [g] *Tentyra: ſummus utrinq;*
Inde furor vulgo, quòd numina vicinorum
Odit uterque locus, quum ſolos credat habendos
Eſſe deos, quos ipſe colit: ſed tempore feſto
Alterius populi rapienda [i] *occaſio cunctis*
Viſa [k] *inimicorum primoribus, ac ducibus, nè*
[l] *Lætum hilaremque diem, nè magnæ gaudia cœnæ*
Sentirent poſitis ad templa & compita menſis,
[m] *Pervigilique thoro, quem nocte ac luce jacentem*
Septimus intereà ſol invenit: horrida ſanè
[n] *Ægyptius! ſed luxuriâ, quantum ipſe notavi,*
Barbara famoſo non cedit turba [o] *Canopo.*
Adde quod & facilis victoria de * [p] *madidis, &*
Blæſis, atque mero titubantibus: inde virorum
Saltatus [q] *nigro tibicine, qualia cunque*
Unguenta, & flores multaque in fronte coronæ:
[r] *Hinc jejunum odium: ſed jurgia prima ſonare*
Incipiunt animis ardentibus: [s] *hæc tuba rixæ:*
Dehinc clamore pari concurritur, & vice teli
Sævit nuda manus, paucæ ſine vulnere malæ,
Vix cuiquam aut nulli toto certamine naſus
Integer: aſpiceres jam cuncta per agmina vultus
Dimidios †, *alias facies, & hiantia ruptis*
Oſſa genis, plenos oculorum ſanguine pugnos.
Ludere ſe credunt ipſi tamen, & pueriles
Exercere acies, [t] *quod nulla cadavera calcent.*
Et ſanè [u] *quò tot rixantis millia turbæ,*
Si vivunt omnes? ergò acrior impetus, & jam

a Quæ Tropico ſubjacet.
b Communis Arabum & Ægyptiorum emporii.
c Tragœdiis cothurnatis.
d A diluvio.
e Tragœdias. Satyr. 8. 229.
f Immortale odium ardet inter finitimas Ægypti urbes *Ombos* (ſic enim malo legere cum Ortelio) cujus urbis incolæ crocodilum colunt: &
-------g-------
Tentyra civitatem Ægypti, ubi Crocodilus interficitur, Accipiter colitur.
h Omborum.
i Aggrediendi & deprehendendi.
k Tentyritarum.
l Feſtum.
m Septem dierum ac noctium epulis ac vigiliis celebrato.
n Hæc pars Ægypti, in quâ ego ſum, *vel*, in quâ Ombus & Tentyra ſita ſunt.

o Nequiſſimæ civitati, in quâ Serapidis templum: vide Sat. 1. ℣. 26.
* p De Ombi incolis ebriis q Arabe, Æthiope. r A Tentyritis. s Jurgia pro tubis ſunt, quæ animos utrinque acuant. † Facies truncatas, cruore & vulneribus ita immutatas, ut non agnoſcas eaſdem eſſe. t Quandiu neminem interfectum perſpiciunt. u Quorſum verò hæc pugna ſine cæde?

Saxa inclinatis per humum quæsita lacertis
Incipiunt torquere, [a] *domestica seditione*
Tela: nec [b] *hunc lapidem, quali* [c] *se Turnus Ajax,*
Vel quo [c] *Tydides percussit pondere coxam*
Æneæ, sed quem valeant emittere dextræ,
Illis dissimiles, & nostro tempore natæ:
[f] *Nam genus hoc vivo jam decrescebat Homero.*
Terra malos homines nunc educat, atque pusillos:
Ergò deus quicunque aspexit, [g] *ridet, & odit.*
[h] *A diverticulo repetatur fabula: postquam*
Subsidiis auctî, [g] *pars altera promere ferrum*
Audet, & infestis pugnam instaurare sagittis:
Terga fugæ celeri præstantibus omnibus instant,
[i] *Qui vicina colunt umbrosæ* [k] *Tentyra palmæ.*
Labitur hìc quidam, nimiâ formidine cursum
Præcipitans, capiturque: ast illum in plurima sectum
Frusta ac particulas, ut multis mortuus unus
Sufficeret, totum corrosis ossibus edit
Victrix turba; nec ardenti decoxit aheno,
Aut verubus. longum usque adeo tardumque putavit
Expectare focos, contenta cadavere crudo.
Hinc gaudere libet, quòd non violaverit ignem,
Quem summâ cœli [l] *raptum de parte Prometheus*
Donavit terris: elemento gratulor, [m] *& te*
Exultare reor: sed qui mordere cadaver
Sustinuit, nihil unquam hâc carne libentiùs edit.
Nam scelere in tanto nè quæras & dubites, an
Prima voluptatem gula senserit: ultimus autem
Qui stetit absumpto jam toto corpore, ductis
Per terram digitis, aliquid de sanguine gustat.
[n] *Vascones, ut fama est, alimentis talibus usi*
Produxere animas: sed res diversa, sed illic
[o] *Fortunæ invidia est, bellorumque ultima, casus*
Extremi, longæ dira obsidionis egestas.

a Seditiosis ad manum. *Jamq; faces & saxa volant.* Æneid. Virg. 1. ℣. 154.
b Non quantum olim.
c Æneid 12. *Saxum circumspicit ingens, &c.* ℣. 968.
d Iliad η. λίθον μέλανα, τετραχύντε μέγαντε, ℣. 265.
e Iliad ε. ℣. 302. ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ Τυδείδης, μέγα ἔργον.
f Quod & ipse Homerus de suo tempore fatetur. οἳ δὲ δύω γ' ἄνδρε φέροιεν Οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν. ibid. Meminit & Plin. l. 7. c. 16.
g Ridet pusillos, oditque malos.
h A digressiunculâ revertamur ad historiam pugnæ.
i Tentyritæ.
k Accusativo plurali.
l Surreptum Jovi à Prometheo in concavâ ferulâ.
m Te ô ignis, tibi *vel*, te, ô Volusi, igni gratulari credo, qui tam infandi sceleris officio non fuerit violatus. μηδὲ μίηνε Πῦρ ἐπ' ἐμοὶ τυφὸν ἕλκων. Persa ille in epig. Dioscord. Anthol. l. 3. c. 13. Persæ autem & Chaldæi ignem venerabantur inter summa numina, ut & aquam, tanquam rerum principia. Ab his, per Trojanos, perpetuus ille ignis Vestæ sacer fluxit ad Romanos.
n Calaguris urbs Vasconum pop. Hispaniæ citerioris ad Gallicum & Britannicum Oceanum à Pompeio & Metello obsessa, nihil non durum & infame miserum experta est. Luc. Flor. l. 3. c. 22. Val. Max. l. 7. c. 6. Oros. l. 5. c. 23.
o Non naturæ aut morum.

Hujus

Hujus enim, quod nunc agitur, miſerabile debet
Exemplum eſſe cibi: ſicut [a] *modò dicta mihi gens*
Poſt omnes herbas, poſt cuncta animalia, quicquid
Cogebat [b] *vacui ventris* [b] *furor, hoſtibus ipſis*
Pallorem, ac maciem, & [c] *tenues miſerantibus artus,*
Membra aliena fame lacerabant, [d] *eſſe parati*
Et ſua: quiſnam hominum veniam dare, quiſve deorum
[e] *Viribus abnuerit dira atque immania paſſis,*
Et quibus ipſorum poterant ignoſcere manes,
Quorum corporibus veſcebantur? melius nos
[f] *Zenonis præcepta monent*, nec enim omnia, quædam
Pro vitâ facienda putat: [g] *ſed Cantaber unde*
Stoïcus, antiqui præſertim ætate [h] *Metelli?*
Nunc totus [i] *Graias noſtraſq; habet orbis* [i] *Athenas:*
[k] *Gallia cauſidicos docuit facunda Britannos:*
De conducendo loquitur jam rhetore [l] *Thule.*
Nobilis ille tamen [m] *populus, quem diximus, & par*
Virtute atque fide: ſed major clade [n] *Saguntus,*
[o] *Tale quid excuſat.* [p] *Mæotide ſævior arâ*
Ægyptus: quippe illa nefandi Taurica ſacri
Inventrix, homines [q] *(ut jam quæ carmina tradunt*
Digna fide credas) tantùm immolat, [r] *ulterius nil*
Aut gravius cultro timet hoſtia: quis modò caſus
Impulit hos? quæ tanta fames, infeſtaque [s] *vallo*
Arma coëgerunt, tam deteſtabile monſtrum
Audere? anne aliam terrâ [t] *Memphitide ſiccâ*
[u] *Invidiam facerent nolenti ſurgere Nilo?*
Qua nec terribiles, [w] *Cimbri, nec* [x] *Britones unquam*
[y] *Sauromataque truces, aut immanes* [z] *Agathyrſi,*
Hâc ſævit rabie imbelle, & inutile [aa] *vulgus,*

a Vaſcones. b Fames. c Ex inediâ. d Edere. e Viris tam fortibus, *legitur* & urbibus. f Stoicæ diſciplinæ patris, qui docet omnia pro vitâ non eſſe facienda. g Unde verò Stoïcum hoc notum haberent rudes illi Cantabri? *Biſcayners.* *Hinc autem ſe in Galliam tranſtulere Vaſcones, qui hodie Gaſcons* h Q. Metelli Pii à Sylla dictatore contra Sertorium in Luſitaniam & Celtiberiam miſſi; cui poſtea additus à ſenatu fuit Pompeius. Luc. Florus l. 3. c. 22. i Græcas & Romanas literas atque Philoſophiam. k Satyr. 1. ỳ. 44. l Oceani ſeptentrionalis inſula ſupra Orcadas: nonnullis *Schetlandt.* Ortelio *Tilemarke*, qui Norvegiæ tractus. m Vaſcones. n Civitas ultra Iberum in Hiſpania Rom. ſocia, ab Hannibale expugnata, *Morvedre.* o Cujus cives ſi humanis veſcerentur carnibus excuſandi ſunt: huc obſidione, conſtantiâ, fide adducti, ſed Ægypt. &c. p Arâ Tauricæ Dianæ in Scythia ad Mæotim lacum, in quâ vivi immolabantur hoſpites. Diod. Sic. l. 4. c. 3. q Illa à Poëtis decantata poſſe vera eſſe, cùm multa videamus immaniora fieri in Ægypto. r Non timet ne edatur qui immolatur. s Obſidione. t Ægyptiâ. Memphis enim nobilis Ægypti civitas, *Grand Cairo.* u Poſſent ne facinore crudeliori irritare Nilum, non inundantem ſiccam Ægyptum, quàm hoc quod ſuaſit Bufiridi Thraſius. w Sat. 8. ỳ. 249. x Pop. Galliæ Celticæ, Armorici, *Britons.* y Sat. 2. ỳ. 1. z Pop. Scythiæ *Virg. Pictique Agathyrſi.* aa Tentyritarum, Ægyptiorum.

Parvula [a] *fictilibus ſolitum dare vela phaſelis,*
Et brevibus pictæ remis incumbere teſtæ:
Nec pœnam ſceleri invenies, nec digna parabis
Supplicia his populis, in quorum mente pares ſunt
Et ſimiles, ira atque fames. Molliſſima corda
Humano generi dare ſe natura fatetur,
Quæ lacrymas dedit: [b] hæc noſtri pars optima ſenſûs.
Plorare ergò jubet cauſam lugentis amici,
Squalloremque rei, pupillum ad jura vocantem
[c] *Circumſcriptorem, cujus manantia fletu*
[d] *Ora puellares faciunt incerta capilli.*
Naturæ imperio gemimus, cùm funus adultæ
Virginis occurrit, vel terrâ clauditur infans,
Et [e] *minor igne rogi:* [f] quis enim bonus, aut [g] face dignus
Arcanâ, qualem Cereris vult eſſe ſacerdos,
Ulla aliena ſibi credat mala? ſeparat hoc nos
A grege mutorum, atque ideò venerabile ſoli
Sortiti ingenium, divinorumque capaces,
Atque exercendis capiendiſque artibus apti
Senſum à cœleſti demiſſum traximus arce;
Cujus egent [h] prona & terram ſpectantia: mundi
Principio indulſit communis conditor illis
Tantùm [i] animas, nobis [k] animum quoque.
mutuus ut nos
Affectus petere auxilium, & præſtare juberet,
Diſperſos trahere in populum, & [l] *migrare vetuſto*
De nemore, & [l] *proavis habitatas linquere ſylvas;*
Ædificare domos, laribus conjungere noſtris
Tectum aliud, tutos vicino limine ſomnos
Ut collata daret fiducia; protegere armis
Lapſum, aut ingenti nutantem vulnere civem;
Communi dare ſigna tubâ, defendier iſdem
Turribus, atque unâ portarum clave teneri.
Sed jam ſerpentum major concordia; *parcit*
[m] *Cognatis maculis ſimilis fera: quando leoni*
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore unquam

a Teſtaceis naviculis.
b Miſericordiâ.
c Tutorem qui decepit pupillum.
d Ambiguum vultum, puerve ſit, an puella.
e Infantes ante natos dentes defuncti, non comburebantur. *Plutarch. in conſolatoriâ ad uxorem:* ſed reconduntur in ſuggrundario.
f Quis bonus non cogitet ſibi accidere poſſe quod alteri accidit.
g Caſtus & pius: qui enim currentes facem inextinctam tenebant, eligebantur, ut integerrimi ad ſacra Cereris. Sat. 6. ỳ. 50.
qualem ſe vel ſuos eſſe vult Cereris ſacerdos.
h Pecudes.
i Vegetativam & ſenſitivam.
k Rationem, mentem.
l Relinquere ſylvas in quibus primi homines vivebant, atque domos & oppida condere. Hæc omnia quæ Ariſtot. Cicero. Horatius, aliique accepta referunt orationi & eloquio, coquus Athenionis tribuit coquinariæ, referente Athenæo. lib. 14. c. 23. nec ab arte ſuâ receſſit, ut aiunt.
m Pardus aut lynx parcit pardis & lyncibus.

Expiravit aper majoris dentibus apri?
Indica Tigris agit rabidâ cum Tigride pacem
Perpetuam: ſævis inter ſe convenit urſis:
Aſt homini ferrum lethale incude nefandâ 165
Produxiſſe parum eſt, cùm [a] *raſtra & ſarcula tantùm*
Aſſueti coquere, & [a] *marris, ac* [a] *vomere laſſi*
Neſcierint primi gladios excudere fabri.
Aſpicimus [b] *populos, quorum non ſufficit iræ*
Occidiſſe aliquem, ſed pectora, brachia, vultum 170
Crediderint genus eſſe cibi: quid diceret ergò,
Vel [c] *quò non fugeret, ſi nunc hæc monſtra videret*
Pythagoras? [d] *cunctis animalibus abſtinuit qui*
Tanquam homine, & ventri indulſit [e] *non omne legumen.*

[a] Instrumenta ruſtica.
[b] Tentyritas.
[c] Nè videret.
[d] Nè injuriam faceret humanæ animæ, quæ, per μετεμψύχωσιν quam ille ſomniavit, in bruta migrâſſet.
[e] Fabis quippe abſtinuiſſe fertur: ἱερά εἰσιν, καὶ θαυμαστὴ ἀνθῶν ἡ φύσις· πρῶτον μὲν ὅτι τὸ πᾶν γονή ἐστι· καὶ ἢν ἀποδύσῃς κύαμον ἔτι χλωρὸν ἐόντα, ὄψεαι τοῖσιν ἀνδράσιν μορίοισιν ἐμφερέα τὴν φυήν· ἐψηθέντα δὲ ἢ ἐπαχθῆς ἐς τὴν σελήνάιην νυξὶ μιαιφονήσιν, αἷμα ποιήσεις. Pythag. apud Luc. βίων πρᾶσις· iis tamen uſum eſſe Ariſtoxenus ſcripſit, ut refertur à Gellio.

SATYRA XVI.

Militiæ commoda & privilegia dum ironicè laudat, nimiam militum inſolentiam taxat. *Satyram hanc plerique Juvenali abjudicant.*

Quis numerare queat felicis præmia, Galle,
Militiæ? nam [a] *ſi ſubeantur proſpera caſtra,*
Me pavidum excipiet tyronem porta ſecundo
Sidere. Plùs etenim fatì valet hora benigni,
Quàm ſi nos [b] Veneris commendet epiſtola Marti,
Et [c] Samiâ genitrix quæ delectatur arenâ.
Commoda tractemus primùm communia, quorum
Haud minimum illud erit, nè te pulſare [d] *togatus*
Audeat: imò & ſi pulſetur, diſſimulet, nec
Audeat [e] *excuſſos prætori oſtendere dentes,*
Et [f] *nigram in facie tumidis livoribus offam,*
Atque oculos, medico [g] *nil promittente, reliſtos.*
[h] *Bardiacus judex datur hæc punire* [i] *volenti:*

[a] Si mihi militiæ ſtipendia auſpicanti benigna affulſerit conſtellatio, non dubitem etiam à puero omnem in caſtris ætatem degere.
[b] Marti dilectæ.
[c] Juno Martis mater, quæ gaudet Samo inſulâ arenosâ maris Ionii.
[d] Immunis à militiâ.
[e] A te per rixam
[f] Vibicem & lividum ex ictu tumorem. [g] Nil ſalutis aut remedii. [h] Centurio, Bardiaco. i. cilicio ſago indutus. *vel*, militaris, barbarus, à Bardæis Illyrici pop. Turneb 23. 25. *Mœrent captivæ pellito judice leges.* Claudian in Rufinum. l. 1. Βαρδιάιον meminit Plutar. in Mario: & Gloſſ. Latino Græc Ptol. βάρδιοι. [i] Illi togato.

Calceus

Calceus & grandes magna [a] *ad ſubſellia* [b] *ſuræ,*
Legibus antiquis caſtrorum, & [c] *more Camilli*
Servato, miles ne vallum litiget extra,
Et procul à ſignis: juſtiſſima Centurionum
Cognitio eſt igitur de milite, nec mihi deerit
Ultio, [d] *ſi juſtæ defertur cauſa querelæ.*
Tota cohors tamen eſt inimica, omneſque [e] *manipli*
Conſenſu magno [f] *officiunt:* [g] *curabitis, ut ſit*
[h] *Vindicta & gravior, quam* [i] *injuria?* [k] *dignum erit ergò*
Declamatoris Mutinenſis corde Vagelli,
Cùm [l] *duo crura habeas, offendere tot caligatos,*
[m] *Millia clavorum:* [n] *quis tam procul abſit ab urbe?*
Prætereà quis tam [o] *Pylades,* [p] *molem aggeris ultra*
Ut veniat? lacrymæ ſiccentur protinus, & [q] *ſe*
Excuſaturos non ſollicitemus amicos,
Da teſtem, judex cùm dixerit: audeat ille
[r] *Neſcio quis,* [s] *pugnos vidit qui, dicere, vidi;*
Et [t] *credam dignum barbâ, dignumque capillis*
Majorum: citiùs falſum producere teſtem
Contra [u] *paganum poſſis, quàm vera loquentem*
Contra fortunam armati, contraque pudorem.
Præmia nunc alia, atque alia emolumenta notemus
[w] *Sacramentorum: convallem ruris aviti*
Improbus aut campum [x] *mihi ſi vicinus ademit,*
Aut [x] *ſacrum effodit medio de limite* [y] *ſaxum,*
[z] *Quod mea cum vetulo coluit puls annua libo:*
Debitor aut ſumptos pergit non reddere nummos,
[aa] *Vana ſupervacui dicens chirographa ligni,*
Expectandus erit, qui lites inchoet [bb] *annus*
Totius populi: ſed tunc quoque mille ferenda
Tadia, mille moræ, toties [cc] *ſubſellia tantùm*
Sternuntur: jam facundo [dd] *ponente lacernas*

a Cujus ad ſubſellia pendent caligæ. Sat. 3. v. 322.
b Tibialia, ocreæ.
c Ex inſtituto Camilli in obſidione Vejorum.
d Etiamſi juſtâ causâ me deferat.
e Milites manipulares, qui idem ſignum ſequuntur.
f Querelam deferenti.
g O togati.
h Petita.
i Jam accepta.
k Opus eſt audaciâ Vagellii è Mutinâ cujuſdam temerarii cauſidici.
l In quibus tot militum clavi hæreant. Sat. 3. 248.
m *Appoſitivè.*
n Quis tam civium inter milites injurias neſcit?
o Tam fidus amicus tibi? (qualis erat Pylades Oreſti.)
p Qui veniat in caſtra teſtis contra militem.
q Nè veniant teſtatum, quò non audent.
r Si quis ſit, vel nemo opinor.
s Qui vidit rixam & verbera, teſtari ſe vidiſſe.
t Judicabo illum antiquæ illius incomptæ & incorruptæ gravitatis & fidei eſſe.
u Ruſticum, militiæ non adſcriptum.
w Militum jurejurando aſtrictorum.
x Togato.
y Agri limitem, quem loco movere execrandum erat, Jovi ſcilicet Terminali ſacrum, nec ipſi Jovi cedentem.
z Supra quod quotannis Jovi Terminali pultes & liba ſacrificabam.
aa Sat. 13. 137. *Idem verſus.*
bb Anni certum tempus, quo conveniant judices, & totius populi cauſæ agi incipiant: vide Pithœi Adverſar. cap. 20.
cc Subſellia tribunorum & quæſtorum ad judicia ſternuntur: & moventur cauſæ, ſed nihil promoventur.
dd Agendo, vel exſpectando defatigato.

Cæditio, & Fusco jam [a] *micturiente, parati*
[b] *Digredimur, lentâque fori pugnamus* [c] *arenâ.*
Ast [d] *illis, quos arma tegunt, & balteus ambit,*
Quod placitum est illis præstatur tempus agendi,
Nec res atteritur longo [e] *sufflamine litis.* 50
Solis præterea [f] *testandi militibus jus*
Vivo patre datur: nam quæ sunt parta labore
Militiæ, placuit non esse in corpore censûs,
Omne tenet cujus regimen pater: ergò [g] *Coranum*
Signorum comitem, castrorumque [h] *ara merentem,*
Quamvis jam tremulus [i] *capsat pater,* [k] *hunc labor æquus* 56
Provehit, & pulchro reddit sua dona labori.
[l] *Ipsius certè ducis hoc referre videtur,*
Ut qui fortis erit, sit felicissimus idem;
Ut læti phaleris omnes, & [m] *torquibus omnes.* 60

a Mictum exeunte ut fiat mora: vide Macrob. Sat. 3. cap. 16. *Judex testes, poscit, ipsus it mictum, &c.*
b Ita actio ut prælium nocte interveniente dirimitur. *Actionem meam, ut prælia solet, nox diremit*, Plin. ep. 29. l. 7.
c *Metaph.*
d Militibus.
e Litis morâ & oppositione Sat. 8. 148.
f Testamenta condendi. g Militem strenuum Imperatoris vexilla sequentem. h Stipendium. i Ut ab eo scribatur hæres. k Ex æquo & merito redditur honos labori. l Imo è re & dignitate Imperatoris est virtutem militis præmiis honorare. m Aureis, militaribus donis. Sen. de Benef. l. 1. cap. 5.

FINIS.

D. JUNII JUVENALIS VITA.

D. Junius Juvenalis liberti locupletis, incertum filius, an alumnus, oriundus ex Aquino Volſcorum oppido, ad mediam ferè ætatem declamavit; mox Poëtices ſtudio ſe ad Satyras ſcribendas contulit, quas non ſine ſummo frequentis auditorii applauſu recitavit. Inter alia verò indigna & præpoſtera urbis, quæ exagitavit, ſcelera, quum & Paridis hiſtrionis gratiam nimiam & potentiam apud Domitianum carperet Satyrâ ſeptimâ illis verſibus;

Ille & militiæ multis largitur honorem, ℣. 88. *&c.*

à Domitiano, inſtigante Paride per honorem militiæ, urbe ſummotus eſt, & ad præfecturam cohortis (in jocularem ejus quod Paridi exprobrârat ultionem) miſſus ad Pentapolin in extremis Ægypti & Libyæ finibus. Ubi licèt alii tradant ipſum jam octogenarium angore & tædio vitam cum morte commutâſſe: vero tamen ſimilius eſt, imò conſtat, eum poſt mortem Domitiani Romam reverſum, quaſdam ex his Satyris ſcripſiſſe. Vide Lipſ. Epiſtolic. Quæſt. lib. 4. epiſtol. 20.

THOMÆ FARNABIO.

Carminibus tibi verba dedi, vel carmina verbis;
Carmina ſed mallem, quàm tibi verba dare.
Tu mihi das ſenſus, ego do tibi verba Poëtæ:
Meque ama, amaque mea; ut teque amo, amoque tua.

1 *Vates.* 2 *Hyppocrita.* 3 *Roma urbs.* 4 *Rhombus.* 5 *Paraſitus.*
6 *Nupta.* 7 *ars ſordet.* 8 *nobilitas vera.* 9 *impia.* 10 *vota.*
11 *Cœna.* 12 *redux.* 13 *depôſita.* 14 *parens.* 15 *Ægyptia.* 16 *miles.*

Tuus,

Rodolphus Gittins.

Temporibus lux magna fuit Juvenalis avitis,
Moribus, ingeniis, divitiis, vitiis.
Tu lux es luci, Farnabi; operiſque fugâſti
Temporis & tenebras, ingenii radiis.
Lux tua parva quidem mole eſt, ſed magna vigore
Senſibus & docti pondere judicii.
Macte, tuo ſcriptores lectoreſque labore,
Per te alii vigeant, per te alii videant.

Ben. Jonſonius.

AULI PERSII FLACCI SATYRÆ SEX.

1 *Vates.* 2 *Vota.* 3 *Ignavus.* 4 *Princeps.* 5 *Liber.* 6 *Avarus.*

LONDINI,

Impensis J. Wotton, J. Walthoe, J. Knapton, J. & B. Sprint, R. Knaplock, G. Conyers, B. Tooke, D. Midwinter, T. Ballard, B. Couse, Gul. & J. Innys, R. Robinson, Mdccxix.

AULI PERSII FLACCI VITA.

AUlus Perſius Flaccus pridie Nonas Decembris, Fabio Priſco, Lucio Vitellio conſulibus, anno Tiberii viceſimo, natus eſt Volaterris Etruriæ civitate; qui, à patre equite pupillus relictus, bonis literis operam dedit ad duodecimum ætatis annum Volaterris: deinde Romæ apud Rhemnium Palæmonem Grammaticum & Virginium Flavium Rhetorem: Annorum verò ſedecim tradidit ſe Annæo Cornuto, qui Romæ Stoicam profeſſus philoſophiam, juventuti ad ſapientiæ ſtudium præibat: deceſſit ſtomachi vitio, ad octavum in viâ Appiâ milliarium in ſuis prædiis, octavo Cal. Decembris, Rubrio Mario, Aſinio Gallo coſſ. anno Neronis octavo, cùm vixiſſet annos viginti octo.

CUM Juvenale tuo, Farnabi, Perſius exit,
Atque affectatis eruitur tenebris:
Quem legat, & quondam neglectum intelligat ille
Qui Stridone ſatus, nomine ſanctus erat.

B. J.

AULI

AULI PERSII FLACCI SATYRÆ SEX.

PROLOGUS.

Scribunt epica, dramatica, lyrica, & id genus poëmata alii ex ἐνθουσιασμῷ opinione, gloriolæ fumo, victûs egeſtate, lucri ſpe poëtæ facti: ego autem ſatyras non tam ad poëſin ingenio natus, quàm temporum corruptione huc adactus.

NEC fonte labra [a] *prolui* [b] *Caballino:*
Nec in [c] *bicipiti* [d] *ſomniâſſe* [e] *Parnaſſo*
Memini, ut repente [f] *ſic poëta prodirem.*
[g] *Heliconiadaſque, pallidamque* [h] *Pirenem*
[i] *Illis remitto, quorum imagines lambunt*
Hederæ [k] *ſequaces: ipſe* [l] *ſemipaganus,*
Ad [m] *ſacra vatum carmen affero noſtrum.*
[n] *Quis expedivit pſittaco ſuum χαῖρε,*
Picaſque docuit verba noſtra [o] *conari?*
[p] *Magiſter artis, ingenique largitor*
Venter, [q] *negatas* [r] *artifex ſequi voces.*

a Non aurium tenus ingurgitando immerſi, non plenè hauſi immo ne primoribus quidem labris libavi Muſarum fontes. Atque hic perſtringi Heſiodum volunt, qui ſe quidem à muſis doctum canit in Theogoniâ, Hippocrenen hauſiſſe, quod nuſquam reperio: hoc tamen ipſis, quibus hic utitur Perſius, verbis attribuit Heſiodo Aſclepiades l. 4. Anthologiæ c. 27 & Antipater l. 2 Anthol. c. 47. verùm hoc de Ennio refert Propert. l. 3 el. 2. b Equino, quem ungula Pegaſum aperuiſſe fabulantur, hinc Hippocrenen dictum. *Bellerophontei quâ fluit humor equi.* Propert l. 3. el 2. c Duos habente vertices, Tithorea ſc. & Hyampeum d Ut Ennius, qui Homeri animam in ſe migrâſſe ſomniavit. Ipſe in Annalibus & Epicharmo. e Monte Phocidos Baccho & Apollini ſacro. f Afflatu divino ex hauſtu fontis ſacri & quaſi per ſomnium. g Grandiſonum hunc faſtum, *vel*, ipſas Muſas ab Heſicone Bœotiæ monte dictas. h A luctu Pirenæ, cujus ex lacrymis manavit ille fons, *vel*, ab effectu, pallorem innuit è ſtudio diuturno contractum. i Fontem in Acrocorintho Muſis ſacrum. k Poëtis, quorum ſtatuas in bibliothecam Apollinis receptas hederæ cingunt l Errantes, adhærentes, *vel* ultro delatæ, ut Fannio. *Horat Sat 4 lib 1 ỳ. 21.* m Subruſticus, ſemipoëta, *al.* Satyricus, utpote agreſtis. n In ædem Camœnarum & Apollinis ab Auguſto in Palatio extructam, ubi poëtarum opera aſſervabantur. *vel*, ad conventicula ſacrorum vatum privata ſub Nerone. o Unde verò tot ubique poëtæ? *vide argumentum prologi ſuprà:* & de pſittaco, picâ & corvo reducis Auguſti ſalutatore, quæ nos ad Martial. l. 14. epigr. 74. & 76. Aquâ verò, à muſis alienos, nec ad Poëſin natos (Gallos item, Hiſpanos, atque Italo cœlo non natos hic taxare videtur) egeſtate tamen adactos vel lucro allectos ad ſcribendum comparat avibus, quæ blandiente cibo ſolent---p---eniti ut humanas voces aſſequantur & exprimant. q Novorum ſcilicet artificiorum magiſtra & inventrix inopia. *Paupertas impulit audax ut verſus facerem.* Horat. l. 2. epiſt. 2. ỳ. 51. r A naturâ. s Quæ facit ſequi. *Helleniſm.*

a Quòd ſi cui ulterioris præmii ſpes affulſerit, quàm quæ ineptos pleroſque ad poëſin excitat egeſtas, & quæ paraſiticos alios poëtaſtros famelici ventris ſagina---b---Videbis hiantes corvos factos poëtas, & loquaces picas audies poëtrias jam factas carmen tentare Pierium, fonte Muſarum, quem Pegaſi aperuit ungula, dignum. c Choliambo huic ἕτερον τόδε χωλῷ manum porrigunt non pauci: atque σκάζοντα vo. lunt ſublevatum, alii geminando l. in *melos*, alii loco ejus ſubſtituendo *nectar*. Iratâ, credo, hiſce pocillatoribus criticâ, qui auribus nectareum præbent ſcyphum. vide Ang. Politiani Miſcell. c. 14 Sed & Scoppæ Collectan. c 34. ubi ex autoritate Homeri & Martiani Capellæ aſſeritur priorem τῦ *melos* produci poſſe.

a *Quòd ſi doloſi ſpes refulſerit nummi,*
b *Corvos poëtas, & poëtridas picas*
Cantare credas Pegaſeïum c *melos.*

SATYRA I.

Reprehendit in nobilibus, ipſoque imprimis Nerone ambitioſam in poëmatis ſcribendis vanitatem, in quibus ut & in cauſis forenſibus ad voluptatem & oſtentationem, neglecto vero & honeſto, obſoleta verba, figurarum pigmenta & rhythmicos numeros affectabant. Perſtrictis itaque tum auditorum, tum recitantium mollitie; qualem ſuarum ſatyrarum lectorem velit, docet.

a O Quanta eſt hominum ubique in ſtudiis, votis, & actionibus vanitas! Abruptum initium & planè Satyricum Videtur autem imitatus illud Lucretii ex principio l. 2.

P. a *O Curas hominum! ô quantum eſt in rebus inane!*
b M. *Quis leget* c *hæc?* P. *min' tu iſtud ais?*
M. *Nemo hercule.* P. *nemo?*
M. d *Vel duo, vel nemo: turpe &* e *miſerabile.* P. *quare?*
f *Nè mihi Polydamas, & Troiades* g *Labeonem*
Prætulerint? h nugæ: non, ſi quid i *turbida Roma*
k *Elevet,* l *accedas, examenve improbum in illâ*
Caſtiges trutinâ: m *nec te quæſiveris extra.*
Nam Romæ n *quis non? ah, ſi fas dicere! ſed fas*

O miſeras hominum mentes, O pectora cæca! ℣ 14. b Progreſſurum in Satyrâ poëmam (introductus ex Horatianâ imitatione Sat 1 l. 2) monitor interpellat, eum à ſcribendâ Satyrâ dehortatus; M itaque Monitorem deſignabit, P. Poëtam. c Has Satyras. d Pauci adeò. e Miſerè tibi peribit poëma quod autori, nemine legente, nihil allaturum ſit gloriæ. f Hoccine adeò miſerum eſt, ſi ut Hector quondam verebatur nè Polydamas filius Antenoris, Troës & Trojanæ mulieres ἑλκεσίπεπλοι (Homer. Il. χ) ipſum Achille inferiorem cenſerent, ſi ſe reciperet intra muros cum cæteris Trojanis, ego itidem vererer, nè Nero & molles atque effœminati Trojugenæ prætulerint mihi---g Actium Labeonem, qui Iliada Homeri ineptè tranſtulit? h Nugæ mihi ſunt imperitorum, judicia. i Præcipitis & corrupti ſenſûs. k Pro vili & levi habeat, *vel contra* ad ſidera tollat. l Aſſentiaris nec te iniquo Romanorum judicio cenſendum ſubjicias. m Tu te judica, tibi ſano & ſapienti place, neque te ex opinione vulgi æſtima. n Quis non ſe extra quærit? *vel*, quis non eſt iniqui judicii?

Tunc,

Tunc, [a] *cùm ad canitiem, & noſtrum* [b] *iſtud vivere triſte*
Aſpexi, & [c] *nucibus facimus quæcunque relictis,*
Cùm [d] *ſapimus patruos: tunc, tunc,* [e] *ignoſcite. M.*
[f] *nolo.*
P. *Quid faciam? ſed ſum petulanti* [g] *ſplene* [h] *cachinno.*
Scribimus [i] *incluſi,* [k] *numeros ille,* [l] *hic pede liber,*
Grande aliquid, [m] *quod pulmo animæ prælargus anhelet.*
[n] *Scilicet hæc populo,* * *pexuſque, togâque recenti,*
Et [o] *natalitiâ tandem cum* [p] *ſardonyche* [q] *albus,*
Sede leges celsâ, liquido cùm [r] *plaſmate guttur*
Mobile collueris, [s] *patranti* [t] *fractus ocello.*
Hèic, neque more probo videas, [u] *neque voce ſerenâ*
Ingentes [w] *trepidare* [x] *Titos, cùm carmina* [y] *lumbum*
Intrant, & tremulo [z] *ſcalpuntur ubi intima verſu.*
[aa] *Tun', vetule, auriculis alienis colligis eſcas?*
Auriculis, quibus & dicas [bb] *cute perditus;* [cc] *ohe!*
[dd] *Quò didiciſſe, niſi hoc* [ee] *fermentum, & qua ſemel intùs*
Innata eſt, rupto [ff] *jecore exierit* [gg] *caprificus?*

a Cùm video, am eos improbè agere qui nucibus & puerilibus nugis relictis virilem ſumpſerint togam. -----b-----quos jam canos exiſtentes ſapuiſſe oportuit, nec carminibus, qui juvenum luſus ſunt, immorari. Verulos verſibus vacantes exagitat infra ỳ. 22. & Neroni hinc fuiſſe doctrinæ elementa autumat Tacitus 13. An----- c---Qui vitâ ſeveri volunt videri. *Helleniſmus* vivere pro vita. ----d---- Et rigidi aliorum cenſores ſunt, ut patrui nepotum. *ſubtimida autem eſt reprehenſio in primâ perſonâ:* videntur item hæc omnia ab uſque *ſed fas Tunc* non ineptè dici poſſe ex perſonâ Monitoris poëtam monentis, nè ſibi juvenis cenſoriam arripiat virgam; majoris fore autoritatis & ponderis ſi quando canorum & annorum gravitate ſpectabilis & verendus in vitia invehatur. e Si urbem Satyrico perfundam aceto. f Hoc etiam ex poëtæ perſonâ poteſt intelligi fluctuantis & nolentis quidem, ut præ ſe fert, ſcribere, tandem verò victi vitiis Romanorum, atque naturâ ſuâ in riſum & rigidum cachinnum proclivi. g Qui æquo major intemperantiam riſus ciet: ſum itaque naturâ----h----irriſor, Satyricus i Incluſi Muſæo, receſſu. *Qui facis in parvâ ſublimia carmina cella,* Juvenal. 7. Sat. ỳ. 28. k Carmina poëtæ. l Orator proſâ. m Quod non ſine anhelitu recitet, etiam cui pulmones validi, quæ ſpirandi inſtrumenta & officina. n Scilicet is ſtudiorum finis, ut lauderis, ut recites * Crines pexus vel togâ pexâ indutus. vide Martial. epigr. 58. l. 2. o Natali die vel muneri miſſa vel geſtari ſolita. p Annulo cui includitur Sardonyx. q Veſte candidâ indutus. r Potione ad leniendam vocem. s Libidinanti & in laſciviam profuſo, vel quales Juvenalis dixit, *oculoſque in fine trementes.* Sat. 7. ỳ 241. t Solutus. u Turbidâ & confuſâ acclamatione w Geſtire, exilire. x Nobiles Romanos Titi & Marci prænomine inſignes, vel Auguſtanos ſatellites à Nerone delectos. y Sedem libidinis, renes. z In libidinem excitata pruriunt. & titillantur præcordia obſcœno verſu, tremulâ voce recitato. aa Quem tibi ſolidè ſapere oportuit: tu aliis voluptatem carminum paris? bb Perfrictus frontem. Impudens, *vel,* ſtudio aut etiam ſenio cutem contractus. cc Vox ſenis juveniliter exultantis, & ſibi in obſcœno teneroque carmine applaudentis. *& inducit quæ ſequuntur.* dd Quid mihi profuerit didiciſſe? niſi hæc----ee----Scientia quæ me fervefacit & attollit, non ſecus ac maſſam fermentum, ----ff----E ſede ſcientiæ prodierit tandem in aliorum usum, in meam laudem? gg Gloriæ cupiditas: caprificus verò è muris erumpens ſaxa disjicit, Mart. 10. l. 2. epigr. Juven. Sat. 10. ỳ. 145.

a Ingenii hæc oſtentatio, *inquit Poëta Iron.* ampla ſatis merces eſt palloris ex ſtudio & perditæ ſenio cutis

b Inſtat cute perditus poëtaſter, inquiens, Dulcis tamen eſt rama & populi præconium, ubi præter eum ſum digito mon[illegible] atque puerorum manibus in ſcholis teror Nero a carmina ſua publicè in ſcholiſ præle gi imperabat

c Puerorum nobilium illa in ſcholis ſed ſcentium, cirros i. cincinnos alen ium, qui iis gra ioribus tondebantur.

a *En pallor, ſeniumque! ô mores! uſque adeóne*
Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter?
b *Ait pulchrum eſt digito monſtrari, & dicier, hic eſt.*
Tun' c *cirratorum centum dilata fuiſſe*
Pro nihilo pendas? d *Ecce inter pocula quærunt*
e *Romulidæ ſaturi,* f *quid dia poëmata narrent.*
Hèic aliquis, cui circum humeros hyacinthina g *læna*
eſt,
Rancidulum quiddam h *balbâ de nare locutus,*
i *Phyllidas Hypſipylas, vatum &* k *plorabile ſi quid*
l *Eliquat, & tenero* m *ſupplantat verba palato.*
n *Aſſentere viri: °nunc non cinis ille poëtæ*
Felix? non °levior cippus nunc imprimit oſſa?
Laudant convivæ. nunc non è p *manibus illis,*
Nunc non è tumulo, fortunatâque favillâ
Naſcentur q *violæ? Rides* r *ait, & nimis* s *uncis*
Naribus indulges: an erit qui velle recuſet
t *Os populi meruiſſe, &* u *cedro digna locutus,*
Linquère w *nec ſcombros metuentia carmina, nec thus?*
x *Quiſquis es, ô modò quem ex adverſo dicere feci,*
Non ego, cùm ſcribo, ſi fortè quid aptius exit,
y *Quando hæc rara avis eſt, ſi quid tamen aptius*
exit,
Laudari metuam: z *neque enim mihi cornea fibra eſt:*

d Laudem *Reſpondet Poëta* volo, ſed ſobriam, non inter pocula & epulas à temulentis Matt. l. 4. e Romani proceres, Romulo oriundi. f Anſam fabulandi. g Cui hyacinthina veſtis, qua in convivio & triclinio uti licebat, non in foro, accubitoria, à χλαῖνα *nobilem autem & divitem innuit.* h Emiſſo per nares ſpiritu. i Fabulas e trivio amatorias, Phyllidos amantis Theſea, & Hypſipyles Jasonem. k Elegiacum. l Liquidâ voce pronuntiat. m Palato illidit & infringit, *trippeth out*, ut blæsè & dulciùs ſonent, non viriliter. *Metaphora à luctatoribus.* n *Iron.* molles auditores adclamârunt: vide quæ ad Martial. epigramma 4. l. 1 h. o Poſt illorum aſſentationes, annon illi mortuo oſſa molliter quieſcunt ſub tenui & fine pondere terrâ? *Ironicè*, vide quæ adnotavi ad ultimum verſ. Hippolyti Senec. p Sepulchris q Flores, *Juven. Sat* 7 ℣ 208 *& in urnâ perpetuum ver*, quos e ſepulchro natos pacatæ & felicis defunctorum conditionis argumentum credebat ſuperſtitioſum vulgus. r *Ait monitor.* s Criſpanti naſo nimis ſatyrice irrides, naſo ſuſpendis ut lance Turn. 4. 9. t Famam, laudem. u Carmina diuturnitatem & immortalitatem promerita: cedri autem ſucco perunctæ tineas & cariem non ſentiunt. w Non metuentia nè aromatis & ſalſamentis, garo è ſcombris vel ipſis ſcombris, *anchovas* involvendis mandentur: ineptas enim chartas manet hoc fatum, ut thuris piperi que fiant cuculli Matt. epigr. 2. & 49. l. 3. x Quiſquis es, *inquit Poëta*, quem induxi modò me monentem & mihi obſtrepentem, cape jam animi mei ſententiam manifeſtam. y Licèt concinnum poëma rara avis ſit, & Phœnix alter. z Neque enim mihi eſt cor durum, inſenſum, ἀπαθές.

a *Sed recti finemque extremumque esse recuso*
Euge *tuum & Bellè* : b *nam Belle hoc excute totum,*
c *Quid non intùs habet?* d *Non hèic est Ilias* e *Acti*
f *Ebria* g *veratro, non si qua elegidia* h *crudi* 51
Dictârunt proceres, non quicquid denique lectis
Scribitur in i *citreis* : k *calidum scis ponere fumen,*
l *Scis comitem horridulum tritâ donare lacernâ* :
Et, verum, inquis, amo, verum mihi dicite, de me 55
* (m *Quî pote?* n *Vis dicam? nugaris,* o *cùm tibi, Calve,*
Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet.
p *O Iane, à tergo quem* q *nulla ciconia pinsit,*
Nec r *manus auriculas imitata est mobilis albas,* 59
Nec linguæ, quantum s *sitiat canis* t *Apula, tantum.*
Vos ô u *patricius sanguis, quos vivere fas est*
w *Occipiti cæco,* x *posticæ occurrite sannæ.*)
Quis populi sermo est? † *quis enim? nisi carmina molli*
Nunc demum numero fluere, y *ut per læve severos*
Effundat junctura ungues; scit tendere versum 65
Non secus ac z *si oculo rubricam dirigat uno* :

a Sed nego ad clamationes tuas, *Euge, belle,* &c. de quibus vide quæ ad Mart. epigr. 4. l. 1. h. nego, inquam, laudationem tuam esse finem & scopum studiorum & actionum.

b Si enim velis examinare & perpendere has adulatorum & sportulâ conductorum clientum acclamationes.

c Quid non habet adulationis & vanitatis?

d Verùm hoc meum carmen non pro fine habet laudem, sed honestum & bonum: non itaque est Ilias -- --e-- --Labeonis. ỳ. 4 suprà. f Digna elleboro, quod Labeonis insaniam & phrenesim purget, *vel*, Ad quam scribendam Labeo tardum ingenium excitavit & coëgit, sumpto--- ---g-- ---Elleboro albo, quod cerebrum purgat acuitque, quod sumptitâsse fertur Carneades adversùs Zenonis libros scripturus. h Gulosi, temulenti, à cœnâ & poculis crudi stomacho. i Divitum è citrò factis triclinaribus, *aut* etiam lucubratoriis. vide quæ ad Juven. Sat. 7. ỳ. 105. k Dare cœnam lautam. (de fumine vide quæ ad Mart. 13. 44. vide & epigr. Ομ:βοίς μ ὶ ϖξοχύδις τόμον. Anthol. l. 2. c. 10) & -- --l ---]Vestes depexas clienti tenuiori. * *Septem lineas sequentes interruptè interserit Poëta.* m Quî fieri potest ut donis corrogatus verum dicat? n Vin' ut ego tuis largitionibus non corruptus verum dicam? o Cùm tibi (ô calve & insulse) venter obesus instar aqualiculi prominens arguat ingenium obtusum, fieri potest ut subtile quid à te aut acutum expectemus? p Bifrons, id est, sapiens qui vides ϖξόσω καὶ ὀπίσω. ô te beatum. q Nullus digitus in formam rostri ciconiæ incurvit, *pecketh.* i. à tergo extentus deridet. r Asini aures intùs albis pilis hirsutas, easdemque mobiles, quas exprimunt duo digiti extenti & moti. s Nec tantum linguæ quantum sitiens canis exerit. t Apuliæ enim intensus calor exiccat. u Senatorum filii, nobiles. w Absque oculis ab occipitio. x Derisioni à tergo obviam ite, ab adulatore vobis cavete. † *Respondet assentator muneribus corruptus.* Quis enim alius populi de te sermo est, quàm te esse exactissimum poëtam, omnibus numeris absolutum atque extra judicii aleam positum? y Metaph. à marmorariis ductâ, qui inter expoliendum junctura lævitatem ungue explorant, ne qua sit scabrities vel asperitas. z Metaphora à fabris lignariis, qui ad amussim cretâ vel rubricâ notant quod fabrefactum & politum velint, idque clauso altero oculo, ne distracti radii malè colliment.

Sive

Sive opus in [a] *mores, in* [b] *luxum, in* [c] *prandia regum*
Dicere, res grandes noſtro dat muſa poëta.
[d] *Ecce modò heroas ſenſus afferre videmus*
Nugari ſolitos Græcè, [e] *nec ponere lucum*
Artifices, nec rus ſaturum laudare, ubi corbes,
Et focus, & porci, & [f] *fumoſæ Palilia fœno:*
Unde [g] *Remus, ſulcoque terens dentalia,* [h] *Quinti,*
Quem [i] *trepida ante boves Dictatorem induit uxor:*
Et tua aratra domum lictor tulit: [k] *euge poëta.*
[*] *Eſt nunc,* [l] *Briſæi quem* [m] *venoſus liber Acci;*
Sunt, quos Pacuviuſque, & [n] *verrucoſa* [o] *moretur*
[p] *Antiopa,* [q] *ærumnis cor luctificabile fulta:*
Hos pueris monitus patres infundere † *lippos*
Cùm videas, quæriſne, unde hæc [r] *ſartago loquendi*
Venerit in linguas? unde iſtud dedecus, in quo
[s] *Troſſulus exultat tibi per ſubſellia lævis?*
[t] *Nilne pudet, capiti non poſſe pericula cano*

a Sive opus fit ſcribere Comœdiam quæ morum & vitæ humanæ ſpeculum: ſive—— b——Satyram, quæ luxum, delicias aliaque vitia carpit: ſive—— c——Tragœdias, quarum argumenta prandia regum impia, ut Atrei, Thyeſtæ, Terei: imo grande & grave epicum carmen ſummâ dexteritate, & arte ſcribere novit noſter poëta. d Videmus Neronem & alios, *inquit poëta*, qui ſolebant è Græcis transferre, & certamina artium in ludis Græcis inire; modò audere & proferre heroïca argumenta, cujuſmodi ſunt Troïca Neronis & Ilias Labeonis. e Qui nè lucum quidem, cucurbitam cupreſſumve ſimulare ſciant, imò nè rus quidem laudare: quæ poëtices tyrunculis progymnaſmata ſunt. f Feſta in honorem Palis deæ paſtorum 1 Kal Maias, qui dies natalis fuit urbis Romæ: quibus ruſtici conjectis in ignem fœno & ſtipulâ fumum & flammam tranſilientes ſe expiari credebant. Victorino autem Parilia dicuntur, quod illo anni tempore omnia ſata parturiant, pariantque, & Athenæo, lib. 8. c. 16. παρίλια. g Unde frater Romuli ortum habuit i. *unde authores Romani generis ortum habuerunt.* h Et tu ô Quinti Cincinnate, quem arantem miſſus à S. P. Q. R. viator Dictatorem ſalutavit Plin. l. 18. c. 3. *unde & nobiles & patres prodierunt.* i Racilia, feſtina vel perterrita, togâ induit maritum Dictatorem jam ſalutatum; & viator te dictatorem ſalutatum miſſus aratrum tuum portavit domum. k *Scoptice.* Egregius ſanè poëta, qui alta illa & ſublimia aggrediatur, præludiis hiſce poëticis non exercitatus. * *Alius eſt qui aſpera & obſoleta veterum poëtarum verba affectat.* l Bacchici, à Baccho qui Briſæus dictus, quòd Accius ſcripſit Bacchas Tragœdiam: & legi poteſt *Briſæis*, ut ſit nomen tragœdiæ ſcriptæ ab Accio, ut Antiopa tragœdia ſcripta à Pacuvio: veteri item tragœdiographo. m Turgens & ſufflatus. n Salebroſa & aſpera. o Delectet. p Tragœdia de Antiopâ uxore Lyci regis Thebarum, qui eam à Jove ſub ſpecie Satyri compreſſam repudiavit, ſuperinductâ Dirce, à quâ multis modis cruciata eſt Antiopa. q *Citat hæc ex Pacuvio ut impropria, audacia, & affectati ſoni.* † Vide Sat. 2. ℣. 72. r Locutio confuſa, aſpera, & odioſa inſtar ſtrepitûs ſartaginis. s Troſſuli dicti equites Romani, quod Troſſulum oppidum ſine peditum auxilio ceperint, *vel*, læves i. delicati & molles auditores exultant & applaudunt tibi. t Tu autem, patrone. *hîc autem obiter perſtringit Oratorum vanitatem, qui laudi & famæ artificii ſui ſtudent magis quàm clientum capiti & vitæ.* cur non potiùs à ſene ac miſero reo capitale periculum avertis, quam laudem eloquentiæ affectas? *Cupit ſe approbare, non cauſam, lenocinia & flores artis conquirit, &c.* de Montano, Seneca præfatione ad 4. l. Controverſ.

P ellere,

Pellere, quin [a] *tepidum hoc optes audire* decenter!
[b] *Fur es,* [c] *ait Pedio:* [d] *Pedius quid? crimina* [e] *raſis*
[f] *Librat in antithetis;* [g] *doctas poſuiſſe figuras*
Laudatur: [h] *bellum hoc:* [i] *hoc bellum? an Romule ceves?*
[k] *Men' moveat quippe, & cantet ſi naufragus, aſſem*
Protulerim? cantas, cùm fractâ te in trabe pictum
Ex humero portes? verum [l] *nec nocte paratum*
Plorabit, qui me volet [m] *incurvâſſe querelâ.*
[n] *Sed* [o] *numeris decor eſt, & junctura addita* [o] *crudis:*
Claudere ſic verſum didicit, [p] Berecynthius [q] Attin,
Et qui cœruleum dirimebat [r] Nerea [s] delphin:
[t] *Sic,* coſtam longo ſubduximus Apennino.
[u] Arma virum; *nonne hoc* [w] *ſpumoſum & cortice pingui?*
[x] *Ut ramale vetus prægrandi ſubere coctum.*
[y] *Quidnam igitur tenerum, & laxâ cervice legendum?*

[a] Tepidam & modicam laudationem.
[b] Expilâſti fanum Æſculapii.
[c] Ait accuſator Pedii, patronus Cyrenenſium.
[d] Quid contra refert Pedius, *vel,* Pedii patronus non diluit crimina lacertis argumentorum, ſed ſententiis & figurarum floſculis uſus, Neroni vel judicibus placere ſtudet.
[e] Nimium politis.
[f] Expendit, ut ſint invicem pariſa & iſocola.

g Alii legunt *doctus, ut ſit qui ſciat poſuiſſe figuras.* Helleniſmus. h Hoc, *inquiunt Auditores,* pulchrè & belle dictum eſt. i Hoccine bellum? *repetit cum indignatione poëta.* Heu quantum degenerâſtis à maſculâ & Romanâ virtute, qui verboſo & λοσοδαιδάλῳ tabulæ applaudatis, adulatoriè & quaſi canum more clunes agitantes? k Ego certè non magis moveor hujuſmodi oratione præpoſterâ, quæ cauſâ deſertâ lenocinîis artis ſe venditat, quàm ſi quis tabulam naufragii ſui (pro more naufragorum) pictam ex humero portans cantaret, cùm fletu eum & voce lamentabili me ad miſericordiam moviſſe oportuiſſet, quò illi aſſem darem. l Non meditatum & effictum. m Flectere, & movere ad miſericordiam. n Redit poëta ad ſui temporis poëtaſtros, &, ut dicam, carminifices, qui omnem carminis laudem in concinnâ verſûs ſtructurâ & rhythmo poſitam credebant -----o-----Verſibus ipſis, utcunque rerum pondere & ſoliditate deſtitutis, nec ad judicii ſolem excoctis, figuratis nimium & audacibus, atque compoſitione teſſerulatâ ſcrupuloſis. p *Videntur iſta citari ex Attine Neronis, de quo Dio, in his autem poëta rhythmum improbat.* q Puer adamatus à Cybele dicta Berecynthia à monte Phrygiæ Berecyntho, ubi colebatur. r Mare *Metonym.* deum ſcilicet maris. s Vehens Ariona. t *Et hic verſus, de Pœnis partem Apennini diſrumpentibus, ineptus eſt; habet enim ultimam Penthemimeri ſimiliter cadentem, & in quinto affectatum ſpondæum, quem coſtam ſubductam quidam exponunt* u Siquidem (objicit turgidorum verſuum affectator) grandia carmina & ſublimia non probas: quid tibi videtur Virgilii Æneïs? annon & hæc ---w----turgeſcens charactere inflato? x Eſt ſanè, *reſpondet Perſius*, ramus vel arbor grandis corticis, ſed cujus humorem decoxit ætas. i. ſublime carmen & ſolidum eſt. y Quodnam igitur carmen eſt minùs aſperum, elegantiâ geſtûs & molliter flexâ cervice inter pronunciandum?

[a] Torva

a *Resp. Poët.* Torva b Mimalloneis implêrunt cornua c bombis,
Et raptum d vitulo caput ablatura e superbo
f Bassaris, & g lyncem h Mænas flexura i corymbis,
k Evion ingeminat, l reparabilis adsonat Echo.
m *Hæc fierent, si* n *testiculi vena ulla paterni*
Viveret in nobis? Summâ o *delumbe salivâ*
Hoc natat in labris; & in p *udo est Manas, & Attin,*
q *Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit ungues.*
M. * *Sed quid opus teneras mordaci radere vero*
Auriculas? r *vide sis nè majorum tibi fortè*
Limina s *frigescant:* t *sonat hèic de nare caninâ*
Litera. P. *Per me equidem sint omnia protinus* u *alba:*
Nil moror: euge, omnes, omnes benè miræ eritis res.
Hoc juvat: w *hèic, inquis, veto quisquam faxit oletum.*

ta Ironicè: *hæc è Bacchis Neronis, quarum meminit Xiphilin. in Nerone, quoad verba tumida, quoad materiam elumbia, junctura porrò tenera, quorum duo clausum habent Pentheimeri consonum, & quæ alternatim rhythmica sunt, tertio similiter cadenti primo, quarto verò secundo.*

b Mimallones dicuntur Bacchæ à Mimante Ioniæ monte, Baccho sacro: vel à μιμᾶσθαι. c Propriè apum sono, hìc tubarum, & cornuum. d Pentheo, quem mater aliæque Bacchides furore correptæ vitulum esse putantes discerpserunt. e Bacchi & Orgiorum contemptori. f Agave mater Penthei. Bassaris verò est Bacchi minístra, dicta à Bassareus, quod nomen Bacchi est, à βάζειν. i. vociferando & vaticinando, *al.* à pelle vel genere vestis, quâ induebantur Bacchi sacerdotes. *Lateri cervina sinistro Vellera dependent.* Ovid. 6. Metam. de Progne habitum Bacchæ sumente. g Qui currum Bacchi trahit. h Baccha à μάινεσθαι, furere. i Fræno ex hederis seu corymbis intortis ornato, *vel* virgâ è thyrso. k Bacchum à voce bacchantium εὐ οἷ. vel à Jove salutatum εὐ διὸν, ob res strenuè gestas in bello adversùs gigantes. l Repercussa, resonans. m *Hujusmodi carmina.* n Priscæ & masculæ virtutis. o Hæc enervia non petuntur ex imo pectore, blæsè tantùm & tenerè formantur in extremis labris, & primore linguâ, quæ salivâ scatet. p Liquidâ & molli voce recitantur illæ fabulæ Neronis, Bacchis & Attis. q Non sapit intenti studii notas, ubi poëta cogitabundus *Sæpe caput scaberet, vivos & roderet ungues.* Horat. Sat. 10. lib. 1. ℣. 71. * Sint hæc ita sanè, quid ad te? tun' solus contra ibis & irritabis nobiles mordaci tuâ reprehendendi libertate offensos? r Vide si vis: *de* autem corripitur, tanquam à vido, olim 3. conjug. ut cave, valeve, fervere. s Nè potentum fores, sportulæ & mensæ frigidè minusque gratè te excipiant. Juven. Sat. 3 ℣. 124. *Limine submoveor.* Alii exponunt, Nè quis potentiorum tibi mortem frigidam inferant, allusumque volunt ad illud Horatii. Sat. 1. lib. 2. *O puer ut sis Vitalis metuo, majorum nè quis amicus Frigore te feriat.* nec malè. t In his enim potentiorum liminibus facilis est ira. *vel*, In his Satyris tuis nimium est mordacitatis & caninæ facundiæ. R, enim litera est irritati & hirrientis canis. u Quando ita vis: sint quidem per me omnia, quæ faciunt, scribunt, dicunt, pulchra, honesta, proba. *Concessio Ironica.* hoc nimirum te aliosque Romanos delectat, ut laudemini, ut approbemini ubique. w Ut nefas ducitur in sacro loco alvum exonerare vel mejere, ejusque religionis symbolum appinguntur angues tanquam genii loci, & qui inde terreant & submoveant pueros: Ita (inquis) sacrosancta sint Neronis & nobilium carmina: cautum sit, nè quis ea Satyrico aspergat aceto vel urinâ; discedo itaque.

Pinge

Pinge duos angues: pueri, ſacer eſt locus; extra
Mejite: diſcedo. [a] *Secuit* [b] *Lucilius* [c] *urbem,*
[d] *Te Lupe, te Muti, &* [e] *genuinum fregit in illis.* 115
Omne vafer vitium [f] *ridenti* [g] *Flaccus amico*
Tangit, & admiſſus circum præcordia ludit,
Callidus [h] *excuſſo populum ſuſpendere naſo:*
Men' mutire nefas, nec clam, nec [i] *cum ſcrobe? M.*
Nuſquam. 119
P. [k] *Hoc tamen infodiam. Vidi, vidi ipſe, libelle:*
[l] Auriculas aſini quis non habet? [m] *Hoc ego*
opertum,
[n] *Hoc ridere meum tam nil, nullâ tibi vendo*
[o] *Iliade.* P *Audaci quicunque afflate Cratino,*
[q] *Iratum* [r] *Eupolidem* [s] *prægrandi cum ſene* [t] *palles,*
Aſpice & [u] *hæc, ſi forte aliquid decoctius audis;*
[w] *Inde* [x] *vaporatâ lector mihi ſerveat aure:* 126
[y] *Non hic,* [z] *qui in crepidas Graiorum ludere geſtit*
Sordidus, & [aa] *luſco qui poſcit dicere, luſce;*
Seſe aliquem credens, Italo quod honore [bb] *ſupinus*
Fregerit [cc] *heminas* [dd] *Areti* [ee] *ædilis iniquas:* 130
Nec qui [ff] *abaco numeros, &* [gg] *ſecto in pulvere metas*
Scit riſiſſe vafer, multùm gaudere paratus,
Si [hh] *Cynico barbam petulans* [ii] *Nonaria vellat.*
[kk] *His manè* [ll] *edictum, poſt prandia* [mm] *Callirhoën do.*

a Cur autem diſcedam, cùm Lucilius urbem liberè notârit?
b Qui primus Latinorum Satyram ſcripſit Juven. Sat. 1. ỳ. 20.
c Mores Romanæ urbis.
d Etiam nobiles nominatim: Rutilium Lupum Cos & Mutium Albutium.
e Mordicus carpendo.
f Non indignanti.
g Horatius, mirus artifex per jocum & amicitiam civium Rom. vitia Satyris & epiſtolis perſtringere.
h Salsè deridere & tectè, naſo in iras & irriſiones non rugato. vide ſuprà ỳ. 40.
i Ut Midæ tonſor, *fab nota.*
k Huic libro inſuſurrabo, ut ille tonſor ſcrobi.
l Omnes perversè judicant de carminibus, ut Midas de muſicis: ſonora modulatis præferunt.
m Hoc allegoriâ tectum, ut illud ſcrobe.
n Satyricam hanc ridendi libertatem tibi tam pro levi habitam.
o Illius Labeonis, ſuprà. ỳ 4 & ỳ. 50.
p Quicunque afflatus eſ legendo Cratino, qui maximâ veteris comœdiæ libertate Athenienſium vitia carpebat.
q Infeſtum vitiis.
r Priſcæ comœdiæ ſcriptorem.
s Ariſtophane item comico.
t Studioſè ſeu ἐμπαθῶς, legendo hos.
u Mea.
w Ab iis tribus Poëtis Comicis, eorumque lectione.
x Calefactâ, præparatâ.
y Non hic mihi lector ſit.
z Qui Græcorum cultûs elegantiam, inſtituta & ſtudia ſpernit.
aa Qui corporis vitium alteri exprobrare gaudet. Naturalia verò corporis vitia non ſunt in aliis reprehendenda. Plato in Protagorâ commiſeratione potiùs digna. Ariſtot. Ethic. Nicom. lib. 3. cap. 5.
bb Vultu elatus, inflatus, quod in municipio aliquo obſcuro Italiæ magiſtratu functus ſit, utcunque imo. Ædilatu ſcilicet.
cc Ab ἥμισυ, dimidios ſextarios, hic pro omni menſurâ.
dd Oppidi in Tuſciâ. Alii legunt *Ereti* quod Sabinorum oppidum. Stephano Ἕρητος.
ee Ædilium inter alia munera erat iniquas menſuras frangere.
ff Arithmeticorum tabula.
gg Figuras, quas Geometræ virgâ in pulvere depingunt: hoc autem extremæ eſt dementiæ & impudentiæ, res per ſe laudatas deridere velle, artibus & Philoſophis illudere.
hh Alludit ad Diogenem, cui barbam vellebat Lais.
ii Meretrix, quæ à nonâ horâ proſtat.
kk Hujuſmodi auditoribus, & lectoribus vanis atque ineptis.
ll Edictum prætoris & forum, ad avaritiam.
mm Scortum, ad libidinem.

SATYRA II.

Gratulatus Macrino ſapientiam, quæ ſola rectè orare docet; 1. aliorum impia, ſtulta & inutilia vota damnat. 2. Illos deinde taxat, qui aliud voto velle, aliud re agere videntur. 3. Eos denique ridet, qui deos, cupiditatis ſuæ modulo eos metientes, opimis hoſtiis & muneribus colunt: cùm reverà dii non munus ſed mentem, non plenas ſed puras reſpiciant manus.

Hunc, Macrine, [a] *diem numera* [b] *meliore lapillo,*
Qui tibi labentes apponit [c] *candidus annos.*
Funde merùm [d] *Genio: non tu prece poſcis* [e] *emaci,*
Quæ [f] *niſi ſeductis nequeas committere divis.*
At [g] *bona pars procerum* [h] *tacitâ libabit* [i] *acerrâ.*
Haud cuivis promptum eſt [k] murmurque humileſque ſuſurros
Tollere de templis, & [l] aperto vivere voto.
[m] *Mens bona, fama, fides, hæc* [n] *clarè, & ut audiat hoſpes:*
Illa ſibi introrſum, & ſub linguâ immurmurat: ô ſi
[o] *Ebullit patrui præclarum funus! & ô ſi*
Sub raſtro [p] *crepet argenti mihi ſeria,* [q] *dextro*
[r] *Hercule! pupillumve utinam, quem proximus hæres*
[s] *Impello,* [t] *expungam: namque eſt* [u] *ſcabioſus, & acri*
Bile tumet. Nerio jam tertia [w] *ducitur uxor.*
Hæc ſanè ut poſcas, [x] *Tiberino in gurgite mergis*

a Natalem. b Niveo. albo: à Thracum more, qui faſtos dies albis calculis, infelices nigris computârunt. c Felix ipſe & faſtus. d Angelo, quem credebat antiquitas unà genitum, pædagogum cuſtodemque datum: cui lautiùs indulto natali quoque die ſacra fiebant, preces ac vota concipiebantur: hunc itaque quum qui injuſta & impia precantur, cæſis victimis ſibi propitium imò obſequentem reddere volunt, tu juſtâ & piâ precatus, vino & thure placa. e Conditionali, ἐμποιικῇ. Horat. od. 29. lib. 3. ỳ. 59. *Votis Paciſci.* f Niſi ſemotis ab arbitris, nè audiant homines quæ tu à diis poſcis. g Magna. h Ipſi taciti, ſubmiſsâ voce & ore arcano. i Thuribulo. k Tacitas preces. l Nihil deum rogare, quod non palam liceat. Martial. epig. 40. l. 1. m Contingant mihi. n Scilicet precatur. o Pro Ebullierit, ut dedim pro dederim: Caſaub. Metaph. ab aquâ ebulliente. O utinam patruus meus dives efferatur, funalibus ſeu funebri pompâ ſplendidus, mihi relicturus præclaram hæreditatem! p Inventa mihi fodienti arantive. q Propitio, favente r Opertorum theſaurorum præſide, vel πλουτοδότῃ, cui eo nomine decimæ penduntur. s Subſequor, in ſecundâ cerâ ſubſtitutus hæres. t Ex tabulis teſtamenti, *reſtùs* de medio tollàm, *i.* ex vitâ. u Namque & ſpem & rationem voti facit ipſius κακοξίαν ex ſuffuſâ enim bile eſt valetudinarius. w Ad ſepulchrum, *vel* in matrimonium, fœneratori illi tertia ducitur uxor, mea tamen vivit x Vota aut ſacra facturis mos erat ſe vivâ aquâ purificare. Juven. Sat. 6. ỳ. 524.

Mane

Mane caput bis, terque, & [a] noctem flumine purgas.
Heus age, reſponde, (minimum eſt quod ſcire laboro:)
De Jove quid ſentis? [b] eſtne ut præponere cures
Hunc cuiquam? cuinam? vis Staio? an ſcilicet haves?
Quis potior judex, puerique ſive quis aptior orbis? 20
[c] Hoc igitur quo tu Jovis aurem impellere tentas,
Die agedum Staio: pro Juppiter ô bone clamet,
Juppiter! at ſeſe non clamet Juppiter ipſe?
[d] Ignoviſſe putas, quia cùm tonat, ocyùs ilex 24
[e] Sulfure diſcutitur [e] ſacro, quàm tuque domuſque?
[f] An quia non fibris ovium, [g] Ergennaque jubente,
Triſte jaces [h] lucis, [i] evitandumque [k] bidental,
[l] Idcirco ſtolidam præbet tibi vellere barbam 28
Juppiter? aut quidnam eſt quâ tu mercede deorum
[m] Emeris auriculas? [n] pulmone, & lactibus unctis?
[*] Ecce avia, aut [o] metuens divûm matertera, cunis
Exemit puerum, frontemque atque uda labella 32
[p] Infami digito, & [q] lustralibus ante ſalivis
Expiat, [r] urentes oculos inhibere perita.
Tunc manibus quatit, & ſpem [s] macram ſupplice voto
Nunc [t] Licini in campos, nunc Craſſi [u] mittit in ædes,
Hunc optent generum Rex & Regina; puella 37

a Noctis Veneream pollutionem, *aut* inſomnia.
b An cenſes, Jovem juſtiorem eſſe aliquo homine æquo? an Staio Albio Oppianico judice corruptiſſimo? an dubi as præferre Jovem Staio? quis aut juſtior aut melior tutor Jove?
c Audiat tamen ſceleratiſſimus ille veneficus & corruptiſſimus Judex Staius vota hæc impia, quæ tu ad Jovem concipis, ille ſtatim exclamabit indignabundus. O Juppiter! quanto magis ipſe Juppiter fulmine vindicabit impias has preces? d Tu tamen credis Jovem tibi veniam ad omnia indulgere, quia vides arbores fulguratas te ſoſpite, tuiſque ſalvis e Fulmine, quod Διὸς, i. fulfureum. f An quia tu non fulguritus jaces & expiandus conſultis ovium extis à ---g---- Fulguritorum procuratore & expiatore Etruſco----h----Ut ilex fulmine icta in lucis parum caſtis, *vel* in bidentali quod æquè ac lucus eſt colliculus ſepimine conſecratus & ---i----ſacrum, quod qui calcârit inceſtatur----k----cui fulgurito conſecratur bidental, hoc eſt, locus in quem decidit fulmen, circumſeptus, adjectâ arâ in quâ bidentibus expiatur--- l-- An ideò credis Jovem ſe tibi præbere ludibrio & contemptui habendum? alludit ad Dionyſium, qui auream Æſculapio barbam detraxit. m Stipulatus tibi obnoxios reddidiſti? n An fortè pinguibus extis? * *Ab impiis avarorum precibus deſcendit poëta ad ſuperſtitioſa mulierculorum vota.* o Superſtitioſa. Pulchra eſt hæc dies luſtrici hypotypoſis, qui puellarum octavus eſt, puerorum nonus; quo die puerum luſtrabant, votis pro eo conceptis & nomine illi indito, unde & Nominalis dictus. p Medio, qui cæteris contractis extendi ſolet in cinædorum & mollium notam, quòd penem repræſentet. q Saliva purgatoriam vim habere credebatur, & ad faſcina inhibenda valere. Bonæ verò ſcævæ cauſa & ad placandam Nemeſim, quam enormiori gloriæ invidere credebant, ſaliva, infamis digitus, & τῆς σάβης effigies adhibebantur quaſi præfiſcinia. Plin. lib. 28. c 2. & 4. r Faſcinantium oculorum, qui intuendo enecant, perniciem amoliri perita. s Ancipitem, lentam, *vel* ipſum puerum tenellum, de quo ſpes nondum magna. t Licinii Stolonis. *alii intell.* Licinum Auguſti libertum & tonſorem, & M. Craſſi divitis. u Votis illi optat latifundia Licini & ædes Craſſi, in quorum quaſi poſſeſſionem mittit puellam votis ſuis ſuperſtitioſa mulier.

Hunc

Hunc rapiant: quicquid calcaverit hic, roſa fiat.
Aſt ego nutrici non mando [a] *vota; negato,*
Juppiter, hæc illi, quamvis te [b] *albata rogârit.*
[c] *Poſcis opem nervis,* [d] *corpuſque fidele ſenectæ:*
Eſto age: ſed [e] *grandes patinæ,* [f] *tucetaque craſſa*
[g] *Annuere his ſuperos vetuêre,* [h] *Jovemque morantur:*
[i] *Rem ſtruere exoptas caſo bove,* [k] *Mercuriumque*
[l] *Arceſſis fibrâ: da* [m] *fortunare penates,*
Da pecus, & gregibus fœtum. [n] *quo, peſſime, pacto*
Tot tibi cùm in flammis junicum omenta liqueſcant?
Et tamen hic extis, & opimo vincere [o] *farto*
Intendit: [p] *jam creſcit ager, jam creſcit ovile;*
Jam dabitur, jamjam: donec deceptus, & exſpes
Nequicquam fundo [q] *ſuſpiret nummus in imo.*
Si tibi cratêras argenti, [r] *incuſaque* [s] *pingui*
Auro dona feram, [t] *ſudes, & pectore* [u] *lævo*
Excutias [w] *guttas,* [x] *lætari prætrepidum cor;*
[x] *Hinc illud ſubiit, auro ſacras quod* [y] *ovato*
[z] *Perducis* [aa] *facies. nam* [bb] *fratres inter ænos,*
Somnia [cc] *pituitâ qui purgatiſſima mittunt,*
Præcipui ſunto, ſitque illis aurea barba.
Aurum, [dd] *vaſa Numæ,* [ee] *Saturniaque* [ff] *impulit æra,*

[a] Hæc impia, ſtulta, noxia vota.
[b] Candidâ & purâ veſte amicta.
[c] Precaris à Diis robur, vires, &----
[d] ------ Validum, quod ſuſtentet ſenectutem, corpus----
[e] ----- Immodicus tamen cibus tuus, &----
[f] ------ Multiplex, variæ concoctionis, cujuſmodi ſunt tucetum & minutal e ſuillis carnibus minutim concifis----
[g] ---- Voris hiſce tuis reſpondere non patiuntur deos----h--- Jóviſque hac in re indulgentiam vel retardat, vel irritam facit. i Rem familiarem ἐπισωρεύειν augere, exoptas, prodigè interim boves mactans, ſuperſtitiosè ſc. proventum è crebris victimis ſperans, tanquam apes ſeu Phœnices è cinere & rogo. k Deum Lucrium. l Jugibus vocas victimis m Da, *inquis*, ut fortunet res familiares. n *Reſpondet Mercurius, vel Poëta.* Quo pacto fortunet & creſcat tibi pecus, cùm tu inſanis ſacrificiis tot pecudes abſumas? peculii tui propriùs carnifex & lupus. o Vel libo è farre, vino, melle, &c. p *Et falsâ ſpe lactans, ſibi dicit, Jam*, &c. q Tinniat jam rarior in fundo crumenæ propè exhauſtæ ſacrificiis vel, *Pathos nummo attributum.* r Cœlata. s Solido. *vel*, craſſæ laminæ t Præ gaudio. u Perverſo. vel ſiniſtro à vehementiori cordis commotione. w Sudoris, vel lacrymarum, quæ repentino ſæpe gaudio oboriuntur x Quia tibi cordi eſt aurum, diis etiam credis eſſe, vitiis tuis illos æſtimans: & hinc, &c. *vel*, Credis ſuperſtitiosus tibi eveniſſe hoc aurum à Diis miſſum, quorum facies & femora auro illinis. y Triumphato & ex hoſtibus prædato. z Illinis. aa Statuarum in Pantheo Romæ. bb Stabant in Apollinis Palatini porticu effigies æneæ quinquaginta filiorum Ægypti, quibus ut & Apollini, Æculapio, Iſidi, &c. attribuit vetuſtatis ſuperſtitio vim in ſomnis indicandi curationes & remedia morborum. Quod ſi cui perſuaſum eſſet ſe ab his vel illis iſtorum fratrum certius ac verius ſomnium accepiſſe, eos præ cæteris coluit & inauravit. Alii ad Caſtorem & Pollucem referunt. cc Pituitâ deſœcatâ, diſcuſſiſque humoribus vitioſis, certiora ſunt ſomnia. dd Et quoniam nobis homunculis aurum in deliciis & votorum ſumma eſt: hoc diis æquè gratum opinamur: atque hinc aurea jam omnia in templis, atque aurum per ſcelus, & nefas conflatum expulit è templis ſimplicitatem fictilium, qualia Numa in ſacris adhibebat. Juven. Sat. 11 ℣. 116. ee Priſcis in uſu, & in Saturni æde condita. ff Loco & pretio movit.

• *Veſta-*

[a] *Veſtaleſque urnas, & [b] Thuſcum fictile mutat.*
O [c] curvæ in terras animæ, & cœleſtium inanes!
Quid juvat hoc, templis [d] noſtros immittere mores,
Et [e] bona diis ex hac ſceleratâ ducere pulpâ?
[f] *Hæc ſibi [g] corrupto [h] caſiam diſſolvit olivo;*
Et [i] Calabrum [k] coxit [l] vitiato murice vellus:
Hæc [m] baccam [n] conchæ raſiſſe, & [o] ſtringere venas
Ferventis [p] maſſæ [q] crudo de pulvere juſſit.
[r] *Peccat & hæc, peccat; vitio tamen utitur: at vos*
Dicite Pontifices, [s] in ſancto quid facit aurum?
Nempe hoc, quod [t] Veneri donatæ à virgine pupæ.
Quin damus id ſuperis, de magnâ quod dare [u] lance
Non poſſit magni [w] Meſſalæ [x] lippa propago:
Compoſitum [y] jus [z] faſque [aa] animo, ſanctoſque receſſus
Mentis, & [bb] incoctum generoſo pectus honeſto:
Hæc cedo ut admoveam templis, & [cc] farre litabo.

a Capedines & lavacra Veſtæ.
b Teſtea, vaſa ex Etruria Romam allata, *vel* religionem ſimplicem ab Etruſcis ductam.
c Cernuæ & pronæ velut pecudes.
d Inducere cupiditates & alia vitia noſtra.
e Exiſtimare quæ diis bona ſint, ex affectu noſtro carnali.
f *Hæc pulpâ*, i. *carnalis corruptio, non contenta naturali rerum ſimplicitate, miſcet & vitiat omnia: his tamen ita vitiatis utitur, ſaltem fruitur: diis tamen nulli ſunt uſui. Quorſum itaque diis hæc dicamus? emaci nempe nundinatione, ut meliora ab iis accipiamus.* g Dum unguentum conficit, & caſiam & oleum perdit. h Sat. 6. v. 36 infrà. i Tarentinam lanam, quæ optima. k Coquendo infecit, tinxit. l Liquore è conchylio muricis, qui & ipſe periit. m Margaritam. *Pearle.* n E concha radere, *conchis enim adhæreſcunt, neque avelli queunt, niſi limâ.* Plin. lib. 9. cap. 35. o Conflare. p Metalli. q Ramentis & ballucis, quæ è fodinis eruuntur. *Oare.* r Vitioſa eſt hæc luxuria. *vide ſupra* f *notam* uſus tamen aliquis ex his vitiis, ſed auri in templis nullus. s Templis vel Deorum ſacris. t Ut ephebi bullas penatibus, ſic puberes virgines Veneri pupas conſecrabant, à qua pro pupis, Angl. *Babies*, veros infantes precabantur: haud ſecus faciunt qui aurum diis offerunt. u Patellâ, divites è lance, pauperes ex acerrâ libabant. w M Val. Corvini Meſſalæ, *vel* Aurelii Meſſ. *ſynecd.* pro quovis divite & nobili. x Qui animo & oculis erat vitioſus, guloſus quippe & majoribus indignus. y Quoad legem humanam. z Quoad divinam legem. aa Intima animi penetralia & cogitationes. bb Animum penitus imbutum. cc Molâ ſalsâ. Horat. Od. 32. lib. 3. *Farre pio & ſaliente micâ.* i. ipſe ſi purum & ſimplicem attulero animum, parvo ac ſimplici ſacrificio deum placabo.

SATYRA III.

Sub perſonâ Stoïci philoſophi monet juvenes, ne deſidiæ & mollitiei indulgentes, nedum patrimoniis & natalibus freti, philoſophiæ ſtudia negligant: Quæ vitiorum morbis medetur, virtutem & honeſta officia docet, animum bene conſcium, & vitæ felicitatem largitur.

[a] *Inclamat dormientes diſcipulos philoſophus, vel qui nobili juveni additur comes pædagogus.* infra not. k. Nunc autem inquit Taurus apud A. Gell. l. 6. c. 10. expectant philoſophi ad fores juvenum, donec heſternam edormierint crapulam.

NEmpe hæc aſſidue? jam clarum mane feneſtras
Intrat, & anguſtas [b] *extendit lumine rimas:*
Stertimus [d] *indomitum quod* [e] *deſpumare Falernum*
Sufficiat, [f] *quintâ dum* [g] *linea tangitur* [g] *umbrâ.*
En quid agis? ſiccas [h] *inſana* [i] *canicula meſſes* 5
Jamdudum coquit, & patulâ pecus omne ſub ulmo eſt,
[k] *Unus ait comitum, verumne? itane? ocyus adſit*
Huc [l] *aliquis, nemon'? turgeſcit* [m] *vitrea bilis:*
[n] *Findor:* [o] *ut Arcadiæ,* [p] *pecuaria rudere credas.*
Jam liber: & [q] *bicolor* [r] *poſitis membrana* [s] *capillis,* 10
Inque manus chartæ, [s] *nodoſaque venit* [t] *arundo.*
Tunc [u] *queritur, craſſus calamo quod pendeat humor,*
[w] *Nigra quod infuſâ vaneſcat ſepia lymphâ:*
Dilutas queritur [x] *geminet quod* [y] *fiſtula guttas.*
[z] *O miſer, inque dies ultra miſer, huccine rerum* 15
Venimus? at cur non [aa] *potius,* [bb] *teneroque columbo,*

[b] Latiores apparere facit *vel* extendere videtur, cùm ſol per rimas lumen tranſmittat. [c] O juvenes, diſcipuli mei: & eſt ſubtimida reprehenſio, in prima perſona. [d] Durum, concoctu difficile, *vel*, non dilutum, quod vix plurimâ aquâ temperari poſſit. [e] Decoquere, edormiſcere. [f] Solaris horologii, inæqualis, planetarii, ad diem civilem. [g] Gnomonis quintâ umbrâ meridionali proximâ. *Hypallage. Dum quinta linea tangitur umbrâ.* [h] Quæ inſanos i. morbidos reddat homines, *vel*, quæ in rabiem agat canes. [i] Sol in Cancro, cujus indicium eſt ortus ſtellæ Caniculariſ. [k] Pædagogus, ut ſupra not. a. vel, *Juvenum, condiſcipulorum, expergefactus: ait unus:* verumne? Itane? [l] E famulis. [m] A calore vel effectu. Horat. lib 1. Sat. 3. *Splendida*, quæ ſe è ſplendore prodit. [n] Irâ cogor in vociferationem. [o] *Reſp. Philoſophus cum indignatione.* vel lege. *Finditur Arcadiæ pecus* ex perſona poëtæ vel philoſophi dicentis: Juvenis indignatur & diſcruciatur vociferans inſtar aſini rudentis. [p] Aſinos, quos Arcadia habet maximos. [q] Introrſum candida, extrorſum crocea. [r] Ubi ipſe juvenis compſit capillos, *vel* membrana pumice lævigata demptis capillis. [ss] Γλεφηρικῶς pro pilis. [s] Interſtitiis & geniculis. [t] Calamus ſcriptorius; *Metonym.* [u] Cauſſatur atramentum ſpiſſum nimis & lentum eſſe, hærere calamo, non fluere. [w] Infuſâ mox aquâ, prætendit nimis liquidum fieri atramentum è ſucco ſepiæ, atque vaneſcere. [x] Liquidius fluat & maculet. [y] Calamus ſcriptorius. [z] O miſer adoleſcens, futureque indies miſerior: hiccine tandem laboris ac ſpei fructus, ut, ridiculas ignaviæ prætendens cauſas, ſtudium fictis excuſationibus ſupplere velis? [aa] Quàm philoſophiæ operam des. [bb] Quem ſua mater vel puella delicatè alit.

Et

Et ſimilis regum pueris, [a] *pappare minutum*
Poſcis, & iratus mammæ [b] *lallare recuſas?*
[c] *An tali ſtudeam calamo? cui* [d] *verba? quid iſtas*
Succinis [f] *ambages?* [g] *tibi luditur:* [h] *effluis amens,*
Contemnêre: [i] *ſonat vitium percuſſa,* [k] *malignè*
[l] *Reſpondet* [m] *viridi non cocta fidelia* [m] *limo.*
[n] *Udum & molle lutum es,* [o] *nunc nunc properandus, & pacri*
Fingendus [q] *ſine fine rota:* [r] *ſed rure paterno*
Eſt tibi [s] *far modicum,* [t] *purum & ſine labe ſalinum.*
Quid metuas? [u] *cultrixque foci* [w] *ſecura patella eſt.*
Hoc ſatis? an deceat [x] *pulmonem rumpere ventis,*
[y] *Stemmate quòd* [z] *Tuſco* [aa] *ramum milleſime ducis,*
Cenſoremve [bb] *tuum vel quòd* [cc] *trabeate ſalutas?*
Ad populum [dd] phaleras: ego te intus, & in cute novi.
Non pudet ad morem diſcinctî vivere [ee] *Nattæ?*
Sed ſtupet hic vitio, & fibris increvit [ff] *opimum*
Pingue, [gg] *caret culpâ: neſcit quid perda: & alto*
Demerſus [hh] *ſummâ rurſus non bullit in undâ.*
Magne pater divûm, ſævos punire tyrannos

a Pappam & buam, cibum præmanſum, minutum.
b Dormire ad lallum i. nutricis occinentis næniας. κατ' ἐξοχὴν λάλους, Athen. 14. *Auſon. epiſt.* 17. *Lalli ſomniferos modos.*
c *Verba juvenis.*
d *Refert Philoſ.*
e Sup. *das?*
f Cauſationes & tergiverſationes.
g Tu te ipſe ludis, tuo damno, de te.
h Effluit & perit tibi tempus, *vel*, Diffluis mollitie & voluptatibus ut vitiatum vas.
i *Ut fictile vas ex argillâ non probè coctâ digito tactum & exploratum, tinnitu rauco vitium, rimas & crudam materiam prodit: ita tu futili & rudi ſermone ignorantiam tuam*
k Raucum, non acutum & tinnulum.
l Reſonat.
m Vas fictile ex argillâ crudâ, nec benè coctâ. *Metaph.*
n Rudis es materia, capax tamen formæ ſi te ſubmiſeris figulo, i. magiſtro
o In juventute.
p Accuratâ & ſeveriori diſciplinâ.
q Sine intermiſſione aut morâ.
r *Tu verò objicies, tibi non tam artibus opus eſſe, cui ſit à patre domus & res mediocris*
s Cenſus οὐσίαχης.
t A majoribus non fraude quæſitum, vel ex argento puro. i. non cœlato. *vel mundum*, ut ſit ſupellex lauta & nitida, ſalinum autem ſacram menſam facit, ut quo primitiæ cum ſale diis offerebantur *Lipſ. Saturnal.* 1. 2
u Quæ libationes ad focum ferun-tur.
w Quæ te ſecurum reddat.
x Inflari & oſtentare te.
y Generis ordine, ſtirpe, Juv. Sat. 8 ỳ. 1.
z Nobiliſſimæ & antiquiſſimæ Romanorum familiæ ex Etruriâ ortum habuere.
aa Succeſſionis lineam. vide quæ ad Sat 8 Juven. ỳ. 1.
bb E tua familia.
cc In atrio inter imagines majorum *vel* in recognitione equitum, tu eques trabeatus. vide Juv. Sat. 8 ỳ. 259
dd Inſignia equeſtria, *vel* ornamenta externa fortunæ, quæ te non magis reddunt nobilem, quàm phaleræ equum.
ee Diſſoluti cujuſdam intemperantis, perditi, qui obdurüit in vitiorum callum, & quaſi habitum malitiæ, ita ut ſe peccare non ſentiat. Sordidi Nattæ meminit Horat. 6. Sat. lib 1 ỳ. 124. Turneb. 23 lib. 23 c. legit *Nactæ*.
i. fullonis
ff Quod ſenſum ademit. *Metaph. à corpore.*
gg Excuſandus & aliquâ dignus veniâ ob ſtuporem & callum vitiorum, perditæ jam & profligatæ nequitiæ.
hh Non emergit è barathro vitiorum, nec tangitur conſcientiâ ſcelerum, *cùm tamen te atque alios qui per incontinentiam prudentes ſcienteſque virtutem deſeruerîtis, graves maneant conſcientiæ cruciatus.* Atque huc ſpectat digreſſio inſequens poëtæ docentis non eſſe aliam pœnam graviorem atque ipſis tyrannis digniorem, quàm deſertæ virtutis conſcientiam; & *pœnam* (ut ita dicam) *damni.*

Haud

Haud aliâ ratione velis, cùm dira libido
Moverit ingenium ferventi tincta [a] *veneno:*
[b] *Virtutem videant,* [c] *intabescantque relictâ.*
Anne magis Siculi gemuerunt æra [d] *juvenci,*
Et magis auratis pendens laquearibus ensis
Purpureas subter [e] *cervices terruit;* [f] *Imus,*
Imus præcipites, quàm si sibi dicat, & intus
Palleat infelix, quod proxima nesciat uxor?
Sæpe oculos memini tingebam [g] *parvus* [h] *olivo,*
Grandia si nollem morituri [i] *verba* [k] *Catonis*
Discere, ab [l] *insano multùm laudanda magistro,*
Quæ pater adductis [m] *sudans audiret amicis.*
[n] *Jure etenim id summum, quid dexter* [o] *senio ferret,*
Scire erat in voto; damnosa [p] *canicula quantum*
[q] *Raderet, angustæ collo non* [r] *fallier* [s] *orcæ:*
Neu quis callidior [t] *buxum torquere flagello.*
Haud [u] *tibi inexpertum* [w] *curvos deprendere mores,*
[x] *Quæque docet sapiens* [y] *braccatis* [z] *illita Medis*
[aa] *Porticus,* [bb] *insomnis quibus &* [cc] *detonsa juventus*
Invigilat, [dd] *siliquis & grandi pasta polentâ.*

[a] Crudelitatis & vitiorum. [b] Quam ut videant virtutem. alii legunt *virtuti invideant*, quam scilicet ab aliis cultam ipsi deseruerint. [c] Discrucientur, quòd eam reliquerint. [d] Miseri homines inclusi in tauro illo aheneo, quem Phalaridi tyranno Siculo Perillus inventum, dedit. [e] Damoclis unius ex assentatoribus Dionysii. vide hist. in. 5. Tusculan. quæst. à Cic. pleniùs expositam. [f] Ordo, *quàm si sibi dicat: Imus, imus præcipites* in vitia & exitium nullâ virtute sufframinandi, omni salutis spe destituti. [g] *Fecimus & nos Hæc juvenes.* Juv. Sat. 8. ỳ. 163. Ego quidem hoc puer, &c. tu autem juvenes es ỳ. 52. infra. [h] Ad simulandam lippitudinem, ut à recitatione eximerer. [i] Deliberativa, moriatur necne, vel Ethopœiam. [k] Uticensis, devicto Pompeio morituri. [l] Clamoso, *al.* vehementi & acri, unde & Domitio Grammatico Insani cognomen inditum. A. Gell. 7. 18. [m] Labore corrogandi amicos ad filium audiendum, *aut* lætitiâ. [n] Convenienter puerilibus annis. [o] Jactus tesserarum seu talorum summus. faustissimus verò qui omne tollebat depositum, erat *Venus*. vide quæ ad Martial. epig. 14. lib. 14. *the sice*, *vel* ex reliquo talorum numero demeret, quod erat mihi detraheret, quinque. [r] Non errare. [s] Vasis, in quod nuces pueri conjiciebant. Ovid. de Nuce. *Vas quoque sæpe cavum spatio distante locatur, In quod missa levi nux cadit una manu.* alii de pyrgo intelligunt, non rectè. Quorsum enim ars, ne fallaris ad conjiciendas in turriculam seu fritillum aleas, de quo puerum fuisse solicitum dicit hic poëta seu philosophus? de Fritillo vide quæ nos ad Mart. epigr. 14 lib. 4. i. [t] Trochum, *vel* turbinem è buxo. [u] Jam juveni, relictis nucibus, atque liberaliter hactenus in studiis philosophiæ educato. [w] Pravos à rectis distinguere. [x] Et præcepta quæ docentur in στοᾷ porticu Athenis, in quâ Zeno & alii Philosophi (inde Stoïci dicti) docebant disputabantque. [y] Indutis braccis i. femoralibus à βάκτρῳ, Æolice adjecto β. [z] In quâ picti erant Persæ à Miltiade, Themistocle, & Athenienfibus devicti. [aa] στοὰ ποικίλη. [bb] In quâ juvenes studiis invigilant. [cc] Stoïci tondebantur ad cutem, cùm verò hic agatur omnino de porticu Stoicâ, malè ab aliis ingeritur lectio *quibus indetonsa*, quod de Romanis cirratis intelligi volunt. [dd] Victu tenui, leguminibus & crassâ pulte ex farinâ & lacte.

[a] *Et tibi quæ Samios diduxit* [b] *littera ramos,*
Surgentem dextro monſtravit limite [c] *callem.*
Evertis adhuc? [c] *laxumque caput compage ſolutâ*
[d] *Oſcitat heſternum,* [e] *diſſutis undique malis?*
[f] *Eſt aliquid quò tendis, & in quod dirigis* [g] *arcum?*
[h] *An paſſim ſequeris corvos,* [i] *teſtâque, lutoque,*
Securus quò pes ferat, atque [k] *ex tempore vivis?*
[l] Helleborum fruſtrà, cùm jam cutis ægra tumebit,
Poſcentes videas: venienti occurrite morbo.
[m] *Et quid opus Cratero magnos promittere* [n] *montes?*
Diſciteq; ô miſeri, & [o] cauſas cognoſcite rerum,
[p] *Quid ſumus, &* [q] *quidnam victuri gignimur,* [r] *ordo*
Quis datus, aut [s] *metæ* [t] *quàm mollis flexus, &* [u] *undæ:*
Quis modus [w] *argento,* [x] *quid fas optare, quid* [y] *aſper*
[z] *Utile nummus habet; patriæ carisque propinquis*
Quantum [aa] *elargiri deceat: ſ* [bb] *quem te deus eſſe*
Juſſit & [cc] *humanâ quâ parte locatus es in re.*
[dd] *Diſce; nec invideas,* [cc] *quòd multa fidelia putet*
In locuplete penu, [ff] *defenſis pinguibus Umbris:*
Et piper & pernæ, Marſi [gg] *monumenta clientis;*
[hh] *Mænaque quòd primâ nondum defecerit orcâ.*
[ii] *Hèic aliquis de gente* [kk] *hircoſâ Centurionum*

a Nec tibi inaudita aut incognita eſt virtutis via, quam Pythagoras Samius indigitare voluit expreſſam in bicorni literâ - - - b - - Y, quæ in duos ramos ſe dividens bivium vitæ monſtrat; arduam & anguſtam virtutis viam extendens à dextrâ, mollem & latam vitii, à ſiniſtrâ.
c Virtutis cerebris actionibus & laboribus tritum.
d Heſternam evaporat crapulam.
e Scilicet oſcitatione. f Eſtne ſcopus vel finis aliquis vitæ tibi propoſitus? g Actiones. h Vagus erras pueri more, qui corvos teſtâ lutoque petit. i Temerè, nec viarum nec conſiliorum ratione habitâ. k In diem, ſine propoſitò. l Pharmaca vitioſos humores purgantia ſerò poſcas, ubi jam invaluit hydrops, Sat. 4. v. 16. m Et quid opus medico inſigni, qualis fuit Craterus tempore Auguſti, ad reſtituendam ſanitatem; cùm in manu tuâ ſit præcavere morbum? *promit. Metaph. à corpore ad animum.* n Aureos numinorum. o Rerum expetendarum & fugiendarum ad felicitatem aſſequendam. *Juven. vivendi cauſas*, vel etiam, *cauſas naturales.* p Quæ hominis ſit natura. q In quem finem. r Fatorum certa lex, quâ fieri omnia aſſeruere Stoici. *vel* gubernatio divina. s Felicitatis, *aliis* vitæ quàm breve ſit ſpatium, & unde mors immineat. *Metaph. à metâ Circenſi, quam in flexu evitare periti aurigæ erat.* t Quantæ ſit artis & operæ regere. u Undæ, ut ſit quaſi meta, ad quam circumflectenda eſt remigatio in navali certamine: alii leg. *unde*, ut ſuprà, notâ s. w Quærendo, & erogando. x Quæ vota. y Signatus recens. z Utilitatem, uſum. aa Ex officio debeas. bb Cujus qualitatis, οἵστεως. cc Quæ pars ſis univerſi. dd Hanc ſapientiam diſce, nec invidendo doleas, ſi advocatis & patronis Romanis uberior munerum copia ſuppetat, quàm tibi. ee Quòd vaſa præ copiâ & affluentiâ putent advocatis in cellâ penuariâ. ff Divitibus, uberis ſoli dominis Umbris: *Italiæ populis*, quos ille in judicio defenderit. gg Miſia à clientibus donaria. hh Et quod falſamentum illud ſuperſit è primâ orcâ vel primâ ſerie ac parte orcæ, nec deficiat, pluribus à clientibus indies donatis. ii *Neque moveariſ, quòd indocti milites aſpernentur philoſophos.* kk Quorum alæ hircum olent. al. *hirtoſa.*

Dicat: Quod ſapio, ſatis eſt mihi; non ego curo
Eſſe quod [a] *Arceſilas,* [b] *ærumnoſique Solones,*
[c] *Obſtipo capite, &* [c] *figentes lumine terram,*
Murmura cùm ſecum, & [d] *rabioſa ſilentia rodunt,*
Atque exporrecto trutinantur verba labello,
Ægroti veteris meditantes ſomnia: [e] Gigni
De nihilo nihil, in nihilum nil poſſe reverti.
[f] *Hoc eſt, quod palles? cur quis non prandeat, hoc eſt?*
[g] *His populus ridet, multùmque* [h] *toroſa juventus*
Ingeminat tremulos naſo [i] *criſpante cachinnos.*
* *Inſpice:* [k] *neſcio quid* [l] *trepidat mihi pectus, &* [l] *agris*
Faucibus exſuperat gravis halitus: inſpice, ſodes;
Qui dicit medico, [m] *juſſus requieſcere, poſtquam*
[n] *Tertia compoſitas vidit nox currere* [o] *venas,*
[p] *De majore domo,* [q] *modicè ſitiente lagenâ,*
[r] *Lenia* [s] *loturo ſibi* [t] *Surrentina rogavit.*
[u] *Heus bone, tu palles:* [w] *Nihil eſt.* [u] *Videas tamen iſtud*
Quicquid id eſt: ſurgit tacitè tibi [x] *lutea pellis.*
[y] *At tu deteriùs palles: nè ſis mihi tutor:*
[z] *Jampridem hunc ſepeli:* [aa] *tu reſtas:* [bb] *perge, taceo.*

[a] Ego non ſtudeo eſſe philoſophus, qualis fuit ille Arceſilas, qui cùm nihil ſciri affirmaret, dictus eſt, *philoſophiæ everſor*: neque eſſe volo ſapientum unus ut----b----Solon legiſlator Athenienſis, ut me vigiliis, ſtudiiſq; macerem, ærumnoſus deinde futurus. [c] Quod attenti & cogitabundi ſignum eſt. [d] Quæ furorem ſapiunt: rabidi autem canes non latrant. [e] Meditantes nugamenta philoſophica, quale hoc eſt, *Ex nihilo nihil, &c.* [f] Hoc tanti eſt, *inquit Centurio*, ut ad pallorem ſtudeas? [g] Philoſophiæ placitis. Alii legunt, *Hos.* i. philoſophos. [h] Robuſta, militaris. [i] In rugas, præ effuſo riſu, contracto. * *Ut verò æger*, reſpondet philoſophus, *neglecto medico perit; ita vitioſi iſti, qui philoſophos animi medicos ludibrio & contemptui habent, miſerè peribunt.* [k] Ordo eſt; Qui dicit medico, inſpice: neſcio quid ſibi velint hæc----l----Febris ſymptomata & gravis morbi indicia, cordis palpitatio, reſpiratio ægra, & ſpiritûs graveolentia: juſſus requieſcere ad quartum diem, non abſtinet, ſed in gravem morbum labitur. [m] Ut ex requie & abſtinentiâ convaleſcat, quod fit inter initia morborum. [n] Ubi æger videt nocte tertiâ moderatè & εὐσχίᾳ convenienter fluere-- -o----arteriarum pulſum, *vel*, venas ſimpliciter. [p] Ibi neglecto medici conſilio, tanquam de morbo ſecurus, poſcit, *vel*, deficiente ſuâ è domo divitis cujuſdam amici. . --q----in lagenâ non admodùm capaci, vel deficiente ſuâ ----r. --Vina quorum auſteritatem decoxit ætas ---s---Sibi balneum ingreſſuro. . t---E Surrento Campaniæ oppido. [u] *Medici intervenientis viſentiſque ægrum verba.* [w] *Æger reſpondet morbum vel diſſimulans, vel non ſentiens.* [x] Pallida cutis ab aquâ intercuti intumeſcit. [y] Tu potiùs, ô medice, *inquit deploratæ ſpei æger*, mihi pallere & ægrotare videris: quin me mittis, & te curas? mihi te tutore nihil eſt opus, *idem faciunt perditi, qui correpti maledicta ingerunt.* [z] Hunc, *ait Philoſophus*, incontinentem ægrum, medicos contemnentem jamdudum ſepelii, efferetur mox mortuus, tam ſcio quàm ſi jam extuliſſem. [aa] Tu contemptor philoſophorum reſtas efferendus. Poſſunt & hæc eſſe verba ægroti dicentis: unde novus hic mihi tutor? priorem illum qui eadem quæ tu, uſque canebat, meque monendo inhibebat nè viverem meo arbitrio, jamdudum extuli, ſpero & te propediem. *Omnes compoſui felices: Nunc ego reſto*, inquit Horat. Sat. 9. l. 1, ℣. 28. [bb] Deride, vive *inquit Medicus* tuis moribus, ede, bibe, lava, animo tuo morèm gere. Quantum ad me, taceo, & abeo.

[a] *Turgidus*

[a] *Turgidus hic epulis, atque* [b] *albo ventre,* [c] *lavatur,*
Gutture ſulfureas lentè exhalante [d] *mephites.*
Sed tremor inter vina ſubit, calidumque [e] *trientem*
Excutit è manibus: dentes crepuere retecti;
Uncta cadunt laxis tunc [g] *pulmentaria labris.*
Hinc [h] *tuba, candelæ: tandemque beatulus alto*
Compoſitus [i] *lecto, craſſiſque* [k] *lutatus amomis,*
In [l] *portam rigidos calces extendit: at illum*
[m] *Heſterni* [n] *capite inducto* [o] *ſubiere* [p] *Quirites.*
[q] *Tange miſer* [r] *venas, & pone in pectore dextram:*
Nil [s] *calet hîc: ſummoſque pedes attinge, manuſque:*
Non [t] *frigent.* [u] *Viſa eſt ſi fortè* * *pecunia, ſive*
† *Candida vicini ſubriſit molle puella,*
[w] *Cor tibi ritè ſalit?* ** *Poſitum eſt* [x] *algente catino*
Durum olus, & [y] *populi cribro decuſſa* [z] *farina.*
[aa] *Tentemus fauces: tenero latet* [bb] *ulcus in ore*
Putre, quod haud deceat plebeiâ [cc] *radere betâ.*
* *Alges, cùm* [dd] *excuſſit membris timor albus ariſtas:*
† *Nunc* [ee] *face ſuppoſitâ ferveſcit ſanguis, & irâ*
Scintillant oculi: diciſque, faciſque, quod ipſe
Non ſani eſſe hominis, [ff] *non ſanus juret Oreſtes.*

a *Ille quidem æger, ſpreto medico, interiit: & hic etiam qui medici conſilium. i. philoſophiam contemnit, peribit.*

b Pallido vel cibis diſtento.

c Balnea intrat, quod ægrotis periculoſum.

d Graveolentes à crudi-tate ſpiritûs. Mephitis propriè eſt terreus putor ex ſulfureis & corruptis aquis aſcendens.

e Calicem capientem tertiam ſextarii partem.

f Ex tremore capitis, & totius ſolutâ compage dentes retecti, labiis retractis, ſtridenr. g Cibi lauti evomuntur. h Mox illi mortuo apparantur quæ ad funeris ſolennitatem ſpectant, tubæ, tibiæ, faces, &c. i Ferali. k Unctus & pollinctus, ut Sat. 6 ℣. 35. l Κατ᾽ ἐγκλισιν pro januâ: verſis in januam pedibus, pro more componendi mortuos in feretro, qui cùm ut plurimum in caput nati fuerint in vitam, ita in pedes rurſus efferuntur ad ſepulturam, *vel* portam civitatis extra quam efferebantur, urebantur, ſepeliebantur. m Recens manumiſſi ex teſtamento defuncti. n Pileo donati. o Feretro, præſtituri patrono ſupremum hoc officium. p Cives Romani à Quirino. l. Romulo. q *Inquit medicinæ, i. philoſophiæ contemptor.* Quò mihi hæc de febre & morte? ego pulchrè valeo, tange arteriam, explora ſi mihi quis morbus. r Arteriam. s Non arguit calorem è febri. t Nec frigent extremæ partes. u *Reſp. philoſophus, Immò gravioribus laboras morbis.* * *avaritiâ,* † *libidine,* ** *mollitie,* * *timore,* † *iracundiâ.* w Annon cordis ſubito motu prodis animi morbum? x Olus ipſum in catino algens. i. frigidum. y Non pollinario & ſubtili. z Panis cibarius. aa Si poſſis his veſci. bb Ulcus delicatæ gulæ. cc Exaſperare vili cibo, & fabrorum prandio, betâ. Martial. 13. l. 13. epigr. dd Negabas te pallere aut algere, exanguis tamen timor te horrere facit, erexitque tibi pilos, ariſtarum more. ee Dicebas modò nil caluiſſe, ecce autem bile ſuffuſus ſanguis circa cor ebullit velut igne ſuppoſito, & irâ ſcintillant oculi. ff Exagitatus furiis matris Clytæmneſtræ, quam, patris necem ultus, cum adultero Ægiſtho occiderat, hoc eſt, *ipſi inſani te inſanum judicabunt.*

SATYRA IV.

Sub perſonâ Socratis Alcibiadem objurgantis, invehitur in Neronem, qui nobilitatis ſuæ oſtentatione & populi aſſentatione inflatus, Remp. eſt agreſſus: ad cujus adminiſtrationem (benè licèt ad tempus diſſimulet) nullis prudentiæ civilis, nè ſcientiæ quidem moralis, ſit remis inſtructus.

[a] REM populi tractas? ([b] barbatum hæc crede [c] magiſtrum
Dicere, [d] ſorbitio tollit [e] quem dira cicutæ)
[f] Quo fretus? Dic hoc magni [g] pupille Pericli:
Scilicèt [h] ingenium, & [i] rerum prudentia [k] velox
Ante pilos venit; dicenda tacendaque calles.
Ergò ubi cùm motâ [l] fervet plebecula [m] bile,
Fert animus calidæ feciſſe ſilentia turbæ
Majeſtate [n] manûs: quid deinde loquêre? Quirites,
Hoc, puto, non juſtum eſt, illud malè, rectius iſtud.
[o] Scis etenim juſtum geminâ ſuſpendere lance
Ancipitis libræ: rectum diſcernis, ubi [p] inter
Curva ſubit, vel [q] cùm fallit [r] pede regula varo;
Et potis es nigrum [s] vitio præfigere [t] theta.
Quin tu igitur ſummâ nequicquam [u] pelle decorus
Ante diem blando [w] caudam jactare popello
Deſinis, [x] Anticyras [y] melior ſorbere meracas?

a Tune rempublicam adminiſtras?
b Barbas alebant philoſophi promiſſas ad gravitatem.
c Socratem magiſtrum tuum, ô Alcibiades, *vel* magiſtrum cujus è ſchola tanquam ex equo Trojano prodierunt Philoſophorum ſectæ: Socratem autem inducit monentem & corripientem Alcibiadem, quò à ſe amoveat periculum & ſuſpicionem taxati Neronis Imperatoris.
d Hauſtus cicutæ, pœna capitalis apud Athenienſes.
e Fraude & invidiâ circumventum, quaſi de diis malè ſentiret, &c. Xenoph. ἀπομνημ.
f Quâ arte?
g Alcibiades tutela avunculi tui Periclis inſignis & jactabunde: *Et Neronem Poppæa pupillum vocavit, ut cui tutores eſſent Burrhus & Seneca.*
h *Ironicè*, Tibi proculdubio contigerunt artes & ſcientiæ---
i τέχνη πολιτική, & experientia rerum---k---Præcox, ante barbam & annorum maturitatem.
l Seditioſa ſævit.
m Irâ & tumultu.
n Porrectæ vel motæ, in ſignum ſilentii.
o *Quatuor ſequentes verſus lege ironicè, vel interrogatoriè.*
p Inter duo extrema vitia injuſta.
q Ubi legis norma varianda eſt propter variam circumſtantiæ alicujus exceptionem; *vel*, ubi lex ipſa non recta ſit, poteris tu vitioſam regulam coarguere?
r Crure regulæ intorto. *Metaph. à fabrili arte.*
s Vitiorum reis & convictis.
t Θ literam condemnatoriam, notam mortis, θανάτου.
u Alcibiades formâ; Nero triumphali veſte, vel ſimulatâ probitate, vultu etiam pulchro.
w Pavonum more expaſsâ caudâ te venditare, vel inſtar canis motâ caudâ adulari, & captare auram popularem.
x Elleborum in inſulâ Anticyrâ copioſè natum, ortam ex melancholiâ inſaniam purgans.
y Aptior, cui ipſi magis opus erat dementiâ & vitiis purgari, quàm curam aliorum ſuſcipere; regi, quàm regere.

a Qui

[a] *Quæ tibi* [b] *ſumma boni eſt?* [c] *unctâ vixiſſe patellâ*
Semper, & aſſiduo [d] *curata cuticula* [e] *ſole.*
[f] *Expecta: haud aliud reſpondeat hæc anus. I nunc,*
[g] *Dinomaches ego ſum:* [h] *ſuffla, ſum* [i] *candidus.*
[k] *Eſto*
Dum nè deterius ſapiat pannucia [l] *Baucis,*
Cùm bene [m] *diſcincto* [n] *cantaverit* [o] *ocyma verna.*
[p] Ut nemo in ſeſe tentat deſcendere; nemo!
[q] Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.
[r] *Quæſieris: Noſtin' Vectidi prædia? ſ cujus?*
Dives [t] *arat* [u] *Curibus quantum non milvus* [w] *oberret:*
Hunc ais? [x] *hunc diis iratis,* [y] *genioque ſiniſtro:*
Qui [z] *quandoq; jugum* [aa] *pertuſa* [bb] *ad compita figit,*
Seriolæ veterem metuens deradere [cc] *limum,*
[dd] *Ingemit;* Hoc bene ſit: *tunicatum cum ſale mordens*
[ee] *Cæpe, &* [ff] *farratam,* [gg] *pueris plaudentibus, ollam,*
[hh] *Pannoſam facem morientis ſorbet aceti.*
[ii] *At ſi unctus ceſſes, &* [kk] *figas in cute ſolem,*
Eſt prope te [ll] *ignotus,* [mm] *cubito qui tangat, &* [nn] *acre*

a *Tantum abes à prudentiâ civili, qui finis eſt, ut nè moralium quidem ſcientiam ullam habeas.* b Quidnam enim tibi ſummum bonum eſt? c *Reſpondet ex perſonâ Alcibiadis ſeu Neronis*, Gula & luxus. d Libido & mollis, imò fœda corporis cura. e Inſolatio cutis ad acquirendam corporis ſiccitatem, vide ỳ. 33. ſeq. f Rectè atten-

de parumper, *inquit Poëta.* Tu princeps (ſi diis placet) nihilo ſaniùs ſtatuis de ſummo bono, quàm muliercula hæc in tranſitu, quæ olera venalia clamitat. g Nobiliſſimæ fœminæ filium te jacta, ô Alcibiades, ſic Nero Agrippinæ. h Hoc ſolùm habes quod glorieris tumidus & opponas. i Speciosus & pelle decorus. k Quid hoc? ſi nihilo plùs ſapias, quàm Baucis pannoſa. *Donatus*, multis conglobata pannis, *aliis* rugoſa, ut Plin. 15. 14. *pannucea mala.* l A Poëtis uſurpatum nomen vetuſtæ olitricis. m Diſſoluto. n Promercalia clamitaverit. o Βασιλικὸν pro quovis olere poſitum, *vel* cantando ocymum quod Græci etiam μισόδηλον appellant, ſervis exprobrat conditionem ſuam. p Vide quàm nemo ſe nôſſe laboret, alium omnis. *Tu princeps aliorum vitia inquiris, reprehendis, damnas; ad tua interim connives, ac illa putas latere, nec tamen latent: dum enim tu de noſtris moribus cognoſcis, & nos de tuis.* q Ex apologo Æſopi præcedentium vitia cernuntur à ſequentibus. r *Tu quæris*, an nôrim divitis illius prædia, *cujus avaritiam inſectari vis.* s *Ego requiro*, cujus? an illius qui----t----Poſſidet; *vel ſimpliciter* arat? u In Sabinis. w Circumvolando non emetiatur. x *Tu refers.* Dico illum ipſum Vectidium, natum, *vel* viventem diis, hominibus, atque ſibi malè. y Quem defraudat. z Quandocunque, ſi quando -aa- Ad perviа, ramoſa, hinc inde patentia compita- -bb- ſuſpenſo jugo, compitalia celebrat, *vel* ipſo die feſto vix ſolvat jugum. cc Picem. i rellinere. vide Juven. Sat. 5. ỳ. 33. dd Cum gemitu fauſtum hoc verbum *Bene ſit* pronunciat, quod Virgilio 8 eclog. ỳ. 106. *bonum ſit.* ee Non purgatum. ff Pultem è farre in ollâ coctam. gg Familiâ, libertis ſuis & ſervis exultantibus, ac ſi lautè tractentur. hh *In hoc verſu quærvis dictio eſt emphatica.* Vappam cui inſunt floces, flocci quidam & panniculi. ii *Tuam verò, qui in alienam avaritiam & ſordes paratus es dicere, probroſam libidinem eſt qui videat & reprehendat.* kk Ad ſolem te ungas, ut oleum imbibitum cutim reddat nitidam. ll Quem tu non cogitas. mm Animadvertat & arguat. *Nonne vides, aliquis cubito ſtantem prope tangit.* Horat. lib. 2. Sat. 4. ỳ. 42. nn Acriter execretur.

Deſpuat in mores; penemque arcanaque lumbi 35
[a] *Runcantem, populo marcentes* [b] *pandere vulvas.*
[c] *Tu cùm* [d] *maxillis* [e] *balanatum* [f] *gauſape pectas,*
Inguinibus quare detonſus [g] *curculio extat?*
Quinque [h] *palæſtritæ licèt hæc* [i] *plantaria vellant,*
[k] *Elixaſque nates labefactent forcipe aduncâ,* 40
Non tamen iſta [l] *filix ullo manſueſcit aratro.*
[m] *Cædimus, inque vicem prabemus crura ſagittis:*
Vivitur hoc pacto: [n] *ſic novimus: ilia ſubter*
[o] *Cæcum vulnus habes; ſed lato* [p] *balteus auro* 44
Prætegit: [q] *ut mavis, da verba, &* [r] *decipe nervos,*
Si potes. [s] *Egregium cùm me vicinia dicat,*
Non credam? [t] *Viſo ſi* [u] *palles, improbe* * *nummo,*
† *Si facis, in penem quicquid tibi venit* [w] *amarum,*
[x] *Si* [y] *Puteal multâ* ** *cautus vibice flagellas,*
Nequicquam populo [z] *bibulas donaveris aures.* 50
[aa] Reſpue quod non es: [bb] tollat ſua munera cerdo:
[cc] Tecum habita, & nôris quàm ſit tibi curta ſupellex.

a Radicitùs evellentem, depilantem. b Ut patiaris muliebria. c *Cur capillos & barbam alens depilas pudenda? ut ſis --- τί σοι βέλεῖ [τὸ πιλᾶσθαι] κἀβανεὸν καὶ λῆρα καὶ ὀλιοδὴν ἀεργάζεσθαι, μηδὲ δρᾶσθαι βίωμις;* Lucian. in Ψευδολογιστῇ. *in fin.* d Pecline dentato inſtar maxill. *alii* cum maxillis. i *& maxillas*, hoc eſt, mentum & genas.

e Balanino unctum. f Capillitium, inſtar gauſapis villoſi, *alii* barbam. g Muto, à ſimilitudine curculionis, vel columellæ, vel vermiculi. h Depilatores robuſti, velut palæſtritæ. i Pilos. k Aſſiduis balneis, *vel* ad δρωπακισμὸν lotas. l Iſti pili nullo pſilothro vel forcipe penitus evelluntur. m Ut gladiatores dum adverſarium petunt ſe telo exponunt; ita & nos aliorum vitia inquirendo præbemus iis occaſionem de noſtris cognoſcendi. n Ex tuâ in alienis vitiis acri diſquiſitione. o Libidinem diſſimulatam. p Potentia tua & imperium tua vitia tegunt. q Sed te non latent, quin te decipe ſi potes, & ----r----Finge te ſanum, *vel* imperii onus ſuſcipe ultra vires. s *Inquit Alcibiades aut Nero.* t *Si ſis* * *avarus, inquit Poëta,* † *libidinoſus,* ** *injuſtus, rejectâ popelli aſſentatione, nè affectes Remp. tibi conſcius quàm prudentiâ ſis deſtitutus.* u Deſiderio nummi. w Γλυκύπικρον, libidinis enim non rarò, acerbi exitus. x Si delatorum litigiis forum vexari patiaris, *vel*, ſi primos urbis vicos noctu cum gladiatoribus pererrans, obvios cædis, *vel*, ſi puteal graviſſimæ fœneratorum uſuræ, te permittente, vexent. y Puteo labrum magnificum impoſitum juxta Fabianum arcum, in portâ Julianâ, ubi fœneratores verſari, & judices jurare ſoliti, ibidemque tribunal. z Laudis ſitibundas, credulas. aa Noli tibi arrogare & ſumere, quod non habes. bb Nec crede aſſentationibus, ſed ſibi habeat vanas ſuas laudes levis & vilis popellus. cc Tu te examina, & comperto quantula ſit tibi prudentiæ civilis ad remp. adminiſtrandam vis, intra pelliculam tuam te contine.

SATYRA V.

Gratum erga Cornutum præceptorem ſuum teſtatur animum. Deinde quæ ſit vera libertas oſtendit, idque juxta Stoïcorum paradoxon: *ſolum ſapientem liberum eſſe.*

[a] *Vatibus hic mos eſt, centum ſibi poſcere voces,*
Centum ora, & linguas optare in carmina centum;
* *Fabula ſeu mœſto* [b] *ponatur* [c] *hianda tragœdo,*
† [d] *Vulnera ſeu Parthi* [e] *ducentis ab inguine ferrum.*
[f] *Quorſum hac? aut quantas* [g] *robuſti carminis offas*
[h] *Ingeris, ut par ſit centeno gutture niti?*
Grande locuturi [i] *nebulas* [k] *Helicone legunto:*
[l] *Si quibus aut* [m] *Prognes, aut ſi quibus olla* [n] *Thyeſtæ*
[o] *Fervebit, ſæpe inſulſo* [p] *cœnanda* [q] *Glyconi.*
[r] *Tu neque anhelanti,* [s] *coquitur dum maſſa camino,*
Folle premis ventos; [t] *nec clauſo murmure raucus*
Neſcio quid tecum grave cornicaris ineptè,
Nec [u] *ſcloppo tumidas intendis rumpere buccas,*
[w] *Verba togæ ſequeris,* [x] *junctura callidus acri,*

a Hujus temporis Poëtis qui ...*... tragœdias & (Neroni adulantes) ....

† Parthica ſcribunt bella, mos eſt centum poſcere voces, *in imitationem Homer.* a *Iliad. Virg.* 6. *Æn. Ovid.* 12. *Met.*

b A Poëta Tragico ſcribatur. ....

c ..... Summâ vocis contentione pronunciandâ à mœſtitiam præ ſe ferente Tragœdo. i. actore ſeu hiſtrione d Data *vel* accepta. e E. vulnerato inguine extrahentis: *vel* Parthi, dum fugere ſe ſimulat, ſagittas mittentis in hoſtes ab inguine ductas; uti aliis jaculandi mos ab auriculâ, mammâ, *vel* humero. *Virgatis jaculantis ab inguine braccis,* Propert. l. 4. ubi Joſ. Scal. Jaculari ab inguine barbarum eſt; ut à capite Græcum. f Fingit Cornutum quaſi præſentem quærere, *In quem finem linguas & voces iſtas poſcat Satyricus?* g Fortis epici carminis ampullas & globulos verborum. *Metaph. durior.* h Intendis, objicis, ut opus ſit centeno gutture niti? i Tumida figmenta ſpecie magnâ, nugas ſonoras. k Vide Prologi ℣. 4. l Quicunque ſcripturi ſunt tragœdias, quarum argumenta ſunt filii ollâ cocti & appoſiti patribus Tereo & Thyeſtæ. m Quæ Ityn filium Tereo marito coctum appoſuit, ulta vim ejus & ſtuprum Philomelæ illatum. n Cujus filios decoctos Atreus frater illi appoſuit cœnandos in ultionem inceſtûs cum Europâ uxore ſuâ: vide quæ nos ad Senecæ Thyeſten. o Maximâ animi concitatione & acri ſtudio deſcribenda fervebit: *continuata allegoria ab ollâ, ut &* .... p ....cœn. i. agenda & repræſentanda. q Tragœdiarum illi actori inſulſo, ut cui crambe toties repetita non pariat naufeam. r Tu non ſcribis argumenta inflata & verſus ampulloſos, quibus meditandis pronunciandiſque anhelantes opus ſit agitare pulmones, non ſecus ac concluſæ auræ follibus vexantur, dum igni mollitur ingens ferri maſſa. s Imitatio Horat. Sat. 4 l. 1. t Nec aliè cogitabundus ineptè vel expaviaris, vel raucâ & compreſsâ voce more cornicum tibi obmurmuras. u Sonantiore inter recitandum emiſſo ſpiritu, ex aëre buccis incluſo. w In communi uſu poſita; *alii* Satyram intelligunt, quæ tota Romana eſſe, ut & toga. x Compoſitione accuratâ Sat. 1. ℣. 65.

Ore [a] *teres modico,* [b] *pallentes* [c] *radere mores* 15
[d] *Doctus, &* [c] *ingenuò culpam defigere ludo.*
[f] *Hinc trahe quæ dicas;* [g] *menſaſq; relinque* [h] *Mycenis,*
Cum [i] *capite & pedibus:* [k] *plebeiaque prandia nôris.*
[l] *Non equidem hoc ſtudeo,* [m] *bullatis ut mihi* [n] *nugis*
Pagina turgeſcat, [o] *dare pondus idonea fumo.* 20
[p] *Secreti loquimur: tibi nunc, hortante* [q] *Camœnâ,*
Excutienda damus præcordia; [r] *quantaque noſtræ*
Pars tua ſit, Cornute, animæ, tibi, dulcis amice,
Oſtendiſſe juvat: [s] *pulſa, dignoſcere cautus*
[t] *Quid ſolidum crepet, & pictæ* [u] *tectoria linguæ.* 25
[w] *His ego centenas auſim depoſcere voces,*
Ut, quantum mihi te [x] *ſinuoſo in pectore fixi,*
[y] *Voce traham purâ: totumque hoc verba* [z] *reſignent*
Quod latet [aa] *arcanâ non enarrabile fibrâ.* 29
Cùm primùm [bb] *pavido* [cc] *cuſtos mihi* [dd] *purpura* [ee] *ceſſit,*
[ff] *Bullaque* [gg] *ſuccinctis laribus* [hh] *donata pependit;*
Cùm [ii] *blandi comites, totâque impunè* [kk] *Suburrâ*
Permiſit ſparſiſſe oculos jam [ll] *candidus umbo;*

a Concinnus, ſtylo modeſto, non hianti & turgido ore, alii legunt, *teris.* i. explicas, expolis.

b Quos quis malè conſcius horret, erubeſcendos mores, quorum mentione & conſcientiâ pallet aut rubet, *Changeth colour, auditor cui frigida mens eſt.* Juven. 1. ℣. 166.

c Reprehendere, carpere, perſtringere.

d Sciens.

e Urbanis & ſalſis jocis. f Ex eâdem mente eodem ſtylo & ſubjecto. g Tragica illa argumenta relinque....h....Græcis tragicis atque iis, qui grande & tumidum carmen affectant. i Capite, pedibus & manibus Pliſthenis & aliorum filiorum Thyeſtæ, quæ reſervavit Atreus inſpicienda fratri. vide Sen Thyeſt. k Tu mores populi Satyrico ſale frica. l *Reſp. Perſius:* Non poſco centenas voces ad turgida illa atque Tragica, ſed quibus ſufficiam tuis erga me meritis, ô Cornute, tibique gratiis agendis. m Ampullofis, vanis n Speciofis pigmentis. o Carmine gravi argumentum leve exornare, atque extollere. p Ingenuè, ſincerè, perinde ac ſi ſecreti loqueremur. q Gratâ ac ſimplici musâ. *vel* verſu. r Quàm pars melior & major ſis animæ noſtræ. i. meæ. s Tange, pulſa digito, ut qui fictilia explorant. t Quid integrum & verum ſonet.... u....quid fimulatum & fucatum. *Metaphora à parietum incruſtationibus.* w Ad animum ſincerè gratum exprimendum, non ad ſonoras fabulas & inflatas nugas. x Intimis penetralibus, & ipſis animi mei latebris. y Ingenuè proferam. z Una mea lingua. aa Intimo cordis receſſu. bb Sub præceptoris imperio. *vel* vim timenti aliunde. cc Pudicitiæ & verecundiæ, cujus tinctura & ſymbolum, purpura. dd Toga, cui prætexitur purpura, quâ Romanorum filii ad pubertatem ætatis ſc. annum xvi. amiciebantur. ee Reliquit me, ſumptâ jam virili togâ. ff Cordis figuram habens, ante pectus ingenuis annexâ nobilium filiis aureâ, tenuiorum filiis coriaceâ, Juven. Sat. 5. ℣. 165. gg Gabino cinctu, *vel* habitu peregrinantium formatis, & caninis pellibus amictis. hh Pueris, cùm ex ephebis excederent, bullas & prætextas lari. conſecratas ad ſuam cujuſque effigiem appendere mos erat. ii Aſſentantes, non rigidi ut pædagogi. kk Vico Romano quod ſub urbe antiquâ eſſet dicto, infami & lubrico, in quo habitabant meretrices: vide quæ ad Mart. ep. 35. l. 1. e. ll Clypeus qui mihi, pro more Romano, in viros jam tranſcripto, mei juris facto, & tyroni datus eſt *albus.* i. inſigni vacuus, ſtipendiis & rebus pulchrè geſtis poſtmodò inſigniendus: *vel* centrum plicarum togæ virilis albæ in umbonis formam corrugatum. Caſaub.

Cúmque

Cùmque [a] *iter ambiguum eſt, & vitæ neſcius error*
Diducit [b] *trepidas* [c] *ramoſa in compita mentes,*
Me tibi ſuppoſui: teneros tu ſuſcipis annos
[d] *Socratico, Cornute, ſinu: tunc* [e] *fallere ſolers*
Appoſita [f] *intortos* [f] *extendit* [f] *regula mores,*
Et premitur ratione [g] *animus, vincique* [h] *laborat,*
[i] *Artificemque tuo ducit ſub pollice vultum.*
Tecum etenim longos memini conſumere [k] *ſoles,*
Et tecum [l] *primas epulis decerpere noctes:*
Unum opus, & requiem pariter diſponimus ambo,
Atque [m] *verecundâ laxamus ſeria* [m] *mensâ.*
Non equidem hoc dubites, amborum [n] *fœdere certo*
Conſentire [o] *dies, & ab uno ſidere duci.*
* *Noſtra vel æquali ſuſpendit tempora* [p] *librâ*
Parca [q] *tenax veri, ſeu* [r] *nata* [s] *fidelibus* [r] *hora*
Dividit in [p] *Geminos concordia fata duorum;*
[t] *Saturnumque gravem noſtro* [u] *Jove* [w] *frangimus unà.*
[x] *Neſcio quod certè eſt, quod me tibi temperat, aſtrum.*
[y] Mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor uſus:
[z] Velle ſuum cuique eſt, nec voto vivitur uno.
* *Mercibus hic Italis mutat* [aa] *ſub ſole recenti*
Rugoſum piper, & [bb] *pallentis grana cumini:*
† *Hic ſatur* [cc] *irriguo mavult* [dd] *turgeſcere ſomno;*
Hic campo indulget: hunc alea [ee] *decoquit: ille*

a Alludit ad bivium Herculis Prodici apud Xenoph. 2. Apomn.
b Anxiè dubias.
c Alludit ad literam Pythagoræ Y. *ubi ſe via findit in ambas.* Virg. Æn. vid. etiam ſup. Sat. 3. ỳ. 56.
d Inſtitutione Stoicâ & Socratis ſchola.
e Abſque tædio aut rigore flectere & emendare. *vel, lege* oſtendit: & *ordinato*, ſolers regula appoſita oſtendit infortos mores fallere. i. quod pravi mores in errores exitiumque tra-

hunt. f Intortos extendit reg. *tranſlata à fabrili arte.* g Appetitus & melior pars irrationalis animi ſubjugatur, & docetur parere rationis imperio. h Ægrè, nec ſine luctâ vincitur. i Pollice artifici. *Hypallage, vel rectiùs,* induit, ſumit inſtitutionis formam arte laboratam. *à figulis tranſlatio.* Juven. Sat 7. ỳ. 237. k Dies. l Primas partes noctium. m Refectione, *vel* facetiis & ſalibus modeſtis. n Situ & conſenſu ſiderum, qui plurimùm valet ad ſimilitudinem morum, unde amicitia. o Nativitates *ſeu* vitas. * Sive utriuſque noſtrûm nativitatibus præfuerit Libra, vel Gemini, ſeu alia quævis conſtellatio, ex cujus influentiâ nobis iidem mores, eædem diſpoſitiones, eadem ſtudia. p Sub Geminis, Libra, & Aquario nati. *Unum pectus habent, fideique immobile vinclum.* Manil. lib. 1. q Veritatis & Juſtitiæ, ut quæ ſub Librâ. *vel non mendax*, ut Horat. od. 16. lib. 2. ỳ. 39. immutabilis. r Horoſcopus. s Qua naſcuntur fideles. *Hypallage.* t Saturni inimici ſideris malignitatem. u Clementia benigni Jovis qui nos naſcentes aſpexit. w Temperamus, mitigamus, impedimus. Horat. od. 17. lib. 2. ỳ. 17. *Seu libra, ſeu me, &c.* x Vel aliud quod fidus nos inclinat ut amicè conſpiremus. y *Et cùm varia ſint vitæ inſtituta;* * *alii divitias,* † *voluptates ſibi proponant alii, tu Sapientiæ antiſtes præis juventuti Rom. ad artes & mores.* z Voluntas, vitæ inſtitutum. aa In regionibus Orientalibus *hic mutat merces ſurgente à ſole.* Horat. lib. 1. Sat. 4. ỳ. 29. bb Quod potum giguit pallorem. *vel ſimpliciter* pallentis. cc Sublati à ſtomacho vapores & à frigore cerebri in humores reſoluti irrigant ſenſoria, obſtruuntque meatus, unde ſomnus. dd Saginat enim ſomnus. ee Conſumit.

In [a] *Venerem eſt putris: ſed cùm* [b] *lapidoſa chiragra*
Fregerit articulos veteris [c] *ramalia fagi,*
Tunc [d] *craſſos transiſſe dies, lucemque* [e] *paluſtrem,*
Et ſibi jam ſeri vitam ingemuere [f] *relictam.*
At te nocturnis juvat [g] *impalleſcere chartis.*
Cultor enim juvenum, [h] *purgatas inſeriu* [i] *aures*
[k] *Fruge Cleantheâ.* Petite [l] hinc, juveneſque, ſeneſque,
[m] Finem animo certum, [n] miſeriſque viatica [o] canis.
Cras hoc fiet. [q] *Idem cras fiet:* [r] *quid? quaſi magnum*
Nempe diem donas? [s] *ſed cùm lux altera venit,*
Jam cras heſternum conſumſimus: ecce aliud cras
[t] *Egerit hos annos, & ſemper paulum erit ultrà.*
[u] *Nam quamvis prope te, quamvis temone ſub uno*
Vertentem ſeſe, fruſtrà ſectabere [w] *canthum,*
Cùm rota poſterior curras, & in axe ſecundo.
* *Libertate opus eſt: non* [x] *hâc, ut quiſque* [y] *Velinâ*
[z] *Publius* [aa] *emeruit,* [bb] *ſcabioſum* [cc] *teſſerulâ far*
Poſſidet. [dd] *Heu ſteriles veri, quibus una* [ee] *Quiritem*

a In Venerem ſolutus, & exhauſtus ad putredinem uſque.
b Propter lapillos qui arthriticis in articulis concreſcunt, materiam ſcilicet calculoſam, quæ Tartarus dicitur à ſimilitudine.
c Manus & pedes, homo enim aſſimilatur arbori inverſæ.
d In luxu, & ignorantiâ caligioſâ actos.
e In voluptatum cœno & impuritate. f Vide Sat. 3. 38. g Ex ſtudio pallorem contrahere. h Purg à vitiis, *vel* præparatas, dociles i Animum. & *eſt Hypallage, pro*, auribus frugem Cleanthis inſeris. *Metaphora.* k Diſciplinâ Ethicâ, Stoïcâ. Cleanthes enim Zenonis fuit diſcipulus & ſucceſſor. l Ex hâc diſciplinâ, & philoſophiâ. m Qui finis eſt virtus & honeſtum. n Præſidia adversùs miſerias, quas fert ſenectus, è mente Biantis, qui filio ſuaſit utiliſſimum ſenectuti comparare viaticum Virtutem & Sapientiam. o Capillis, canitiei, ſenectuti. p *Hæc autem ignavus juvenis protractinabit ſtudia deſeque:* Cras vacabo philoſophiæ. q Imò *inquit Poëta*, idem cras facies quod hodie, & differes uſque. r Quid, *inquit Juvenis?* Adeóne magna res eſt una ad voluptatem diecula conceſſa mihi cras aliam vivendi rationem inituro? s Sanè, *reſpondet poëta*, non ita gravis eſt unius diei jactura, ſi modò unius tantùm eſſet; verùm ubi periit heſternus ille, quem tibi indultum fore petebas, neque hic dies videt te ſanioren, quin & alterum petis cras: ecce prorogatum hoc indies cras aliud protrudit aliud: abſumptique totos annos, atque ita in æternum comperendinabitur. vide Martial. epigr. 59 lib. 5. t Pellit, trudit, proterit. ab *Egero, geſſi*, u Quamvis enim tu, ut poſterior rota in axe ſecundo curras: priorem rotam, i. *craſtinum diem*, prove te videas, i. & mox te poſſe aſſequi putes cùm tamen illa ſub eodem temone. i *eodem tenore & curſu* aufugiat, fruſtra attingere conaris. w Ferrum, quo rota munitur. *pon. pro rota.* * *Qui igitur felicitatem tibi proponis, Philoſophiæ abſque morâ vaca: hanc inſervias oportet, ut vera tibi contingat libertas. Non differtur in diem qui ſe illi ſubjecit, ſtatim circumagitur*, inquit Seneca. *Quæ tamen non eſt hæc civilis, &c.* x Non hâc civili, quâ ut quiſque ſervus ----y---- in tribum aliquam relatus Velina autem nomen tribûs, quæ numero aliarum acceſſit. z Nomine patroni aſſumpto, qui libertis moserât. aa Cui jam emerito & manumiſſo publicè præbetur frumentum. bb Corruptum, *alii legunt* Scabroſum. cc Teſſera eſt ſignum quod accipiebant cives à curatore annonæ, à quo frumentum publicè erogabatur ad pauperes cives ſublevandos. dd Quam falluntur? ee Civem Romanum.

[a] *Vertigo*

[a] *Vertigo facit?* [b]*hic Dama eſt non* [c]*treſſis agaſo,*
[d] *Vappa,* [e]*& lippus &* [f]*in tenui farragine mendax.*
[g] *Verterit hunc dominus, momento* [h]*turbinis* [i]*exit*
* *Marcus Dama. Papæ! Marco* †*ſpondente, recuſas*
Credere tu nummos? Marco ſub ** *judice palles?*
Marcus * *dixit: ita eſt:* †*adſigna, Marce, tabellas.*
Hac mera libertas, hanc nobis [k]*pilea donant.*
[l] *An quiſquam eſt alius liber, niſi qui vivere vitam*
Cui licet, ut voluit? licet, ut volo, vivere: non ſim
Liberior [m] *Bruto? Mendoſè* [n] *colligis, inquit*
Stoïcus hic, aurem mordaci lotus aceto.
[o] *Hoc reliquum accipio;* [p] Licet *illud &* ut volo *tolle.*
[q] *Vindictâ poſtquàm* [r] *meus à prætore receſſi,*
Cur mihi non liceat, juſſit quodcunque voluntas,
[s] *Excepto ſi quid* [t] *Maſurî* [u] *rubrica vetavit?*
[w] *Diſce; ſed* [x] *ira cadat naſo, rugoſaque ſanna,*
Dum [y] *veteres avias tibi de* [z] *pulmone revello.*
[aa] *Non prætoris erat ſtultis dare* [bb] *tenuia rerum*
Officia, atque uſum rapidæ permittere vitæ:
[cc] *Sambucam citiùs caloni aptaveris alto.*
Stat contrà ratio, & ſecretam * *garrit in aurem,*
Nè liceat facere id, quod quis vitiabit agendo.
Publica lex hominum, naturaque continet hoc fas,

a Circumactio, manumittendum dominus coram prætore dextrâ prehenſum in orbem rotabat, & è manu mittebat, ut ſuæ eſſet poteſtatis, quaſi ſignificans licere jam illi ire in quamcumque partem vellet.

b Nuper Dama ſervus, nunc Marcus Dama, liber & civis.

c Vix triobolaris mulio, i. ſervus infimæ conditionis.

d Moribus nequam, inſulſus ut vappa, i. vinum inſipidum & corruptum per interitum ca-

loris vitalis. e Scientiæ rudis. *Tranſlatio à corpore ad animum.* f In rebus viliſſimis, etiam jumentorum cibariis fallax & fraudulentus. g Poſtquàm tamen verterit hunc dominus. h Circumactionis. i Factus eſt. * civis & liber, † ſponſor, ** judex, * teſtis, † teſtator. *& hæc dicit regens manumiſſus Dama, ſeu fautor ejus, vel etiam Poëta Ironicè.* k Servi manu emiſſi, raſo capite, à dominis pileum libertatis inſigne ſumebant. l *Etiam ſyllogizat M. Dama.* m M. Junio Bruto qui regibus exactis libertatis auctor fuit. n Hic philoſophus Stoïcus acutus & acrimoniâ judicii Dialectici autem inſtructus reſpondet: Falsò argumentaris. o Majorem propoſitionem probè intellectam accipio. p Minorem nego. q *Dama aſſumptionem probatum iturus inquit:* Poſtquàm virgâ prætoris (quâ manumiſſis caput tangit, jubens eos, *Liberos eſſe*) pronunciatus ſum liber. r Mei juris & arbitrii. i. liber. s Præterquam quod legibus cautum eſt. t Maſurii Sabini juriſconſulti celeberrimi tempore Tiberii Imp. u Legum tituli minio notati. w *Reſp. Stoïcus vel Poëta.* x Nec iraſcere, neque irride, quod te doceam. y Inveteratas opiniones & aniles de libertate, dum civilis iſta pro verâ illâ animi ab imperitis habetur. z Imo pectore. aa Non in manu prætoris, ſed philoſophi erat. bb Subtilia per differentias & circumſtantias officia. cc Æque exigas à ſtupido puero militis (qui quòd κάλαμος. i. ligna bajulabat, *vel* quod clavam ligneam gerebat, Calo dictus eſt) ut lyram ſcitè tangat, *aliis ut machinam illam poliorceticam intendat ac tractet,* atque ab hoc Damâ, quem prætor civili donavit libertate, ut liberè & ſecundùm rationem agat. * Alii *gannit.*

[a] *Ut teneat vetitos inſcitia debilis actus.*
[b] *Diluis helleborum* [c] *certo compeſcere puncto* 100
Neſcius examen? vetat hoc [d] *natura medendi.*
[e] *Navem ſi poſcat ſibi peronatus arator*
[f] *Luciferi rudis, exclamet* [g] *Melicerta periſſe*
[h] *Frontem de rebus.* [i] *Tibi* [k] *recto vivere talo*
[l] *Ars dedit? &* [m] *veri ſpeciem dignoſcere calles,* 105
[n] *Ne qua ſubærato mendoſum tinniat auro?*
[o] *Quæque ſequenda forent,* [p] *quæque evitanda viciſſim.*
Illa priùs [o] *cretâ, mox* [p] *hæc carbone notâſti?*
Et modicus voti, [q] *preſſo lare, dulcis amicis?*
Jam nunc aſtringas, jam nunc granaria laxes; 110
Inque luto [s] *fixum poſſis tranſcendere nummum;*
Nec [t] *gluto ſorbere ſalivam* [u] *Mercurialem?*
[w] *Hæc mea ſunt, teneo, cùm verè dixeris; eſto*
[x] *Liberque ac ſapiens,* [y] *Prætoribus ac Jove dextro.*
[z] *Sin tu, cùm fueris noſtræ paulò antè farinæ,* 115
[aa] *Pelliculam veterem retines, & fronte politus*
[bb] *Aſtutam vapido ſervas ſub pectore* [bb] *vulpem;*
[cc] *Quæ dederam ſuprà repeto,* [dd] *funemque reduco.*

a Ut pro vetitis habeat ea quæ quis non didicit, ut tanquam prohibitus abſtineat, neque profiteatur exerceatve artem quam non novit.

b Medicam artem exerces? de elleboro. Sat. 4. ỳ. 16.

c Nec certâ habitâ cognitione pharmaci diluendi & præparandi, nec morbi, tempeſtatis anni, ægroti conſtitutionis, virium, &c

d Ars quæ naturam imitatur, Medicina. e Gubernandam. f Stellarum, etiam mediocri cuivis gubernatori notarum. g Deus marinus qui Palæmon, & Portumnus. dict. 1. *quivis exclamet* h Pudorem, cujus ſedes frons eſt. i Quod ſi philoſophiâ te docuerit hæc officia ſequenda: k Ὀρθοποδεῖν, *to walk uprightly.* l Philoſophia, rectè vivendi ars. m Quod verum eſſe videtur, nec eſt: apparens bonum à vero bono diſcernere. n Ne qua ſimulata hypocriſis, *vel* ſpecies veri aut boni, velut nummus ſubæratus & adulterinus, qui raucum & ſurdum ſonat, te fallat. o Approbas bona. p Damnas mala, à more illorum qui bona lapillo albo, mala nigro ſignabant Sat. 2. ỳ. 1. *Cretâ an carbone notandi?* Horat. lib 2. Sat. 3. ỳ. 246. q Frugalis, modico contentus cum lare fundo. r Prout occaſio poſtulet liberalitatem exercere. s Si potes præterire nummum à pueris in viâ vel clavo fixum, vel funiculo adſtrictum & projectum, quo tentent prætereuntes avaros, quos ſimul ac inclinârint ſe ad tollendum nummum, retracto eo pueri derideant. *In trivîis fixum qui ſe demittit ob aſſem.* Horat. 16. epiſt. lib. 1. ỳ. 64. t Illâ colli parte, *vel* ipſe gluto, i. helluo qui deglutias ſalivam tuam ex ſpe lucri, velut ex edendi appetitu natam: ubi enim quid palato gratum occurrit, affluit ſaliva, quaſi linguæ & guſtatûs miniſtra. u Lucroſam Mercurius enim lucri præſes credebatur. w *Ordo eſt*, cùm verè dixeris, hæc mea ſunt, teneo. i. hæc jura & officia verè colo. x Corpore & animo te liberum pronuncio. y Prætore te civili, Jove liberatore te philoſophicâ libertate donante. z Sin tu dudum noſtræ. i. ſervilis conditionis & vitiorum, civili tantùm libertate donatus, veterem retines nequitiam, nego te liberum eſſe & ſervum pronuncio. aa *Alludit ad Laberidem*, ſi antiquos mores obtines bb Fallaciam & fraudes callidè tegis corde corrupto. cc Libertatem & ſapientiam, quæ ſuprà tibi conceſſeram, à te repoſco dd Tibi, rurſus injicio frænum ſervitutis: *vel* alludit ad puerilem luſum διαχυσίδην. per funem utrinque attractum, Horat. ep. 10. lib. 1, ỳ. 48. *Torſum digna ſequi potiùs quàm ducere funem.* retrahens funem, & tibi negans, quam modò dederam, libertatem.

[e] *Nil*

[a] *Nil tibi conceſſit ratio; [b] digitum exere, peccas:*
[c] *Et quid tam parvum eſt? [d] Sed nullo thure litabis,*
[e] *Hæreat in ſtultis brevis ut [f] Semuncia recti.*
[g] *Hæc miſcere nefas: [h] nec cùm ſis [i] cætera foſſor,*
[k] *Treis tantùm ad numeros ſatyri moveare Bathylli.*
[l] *Liber ego. [m] Unde datum hoc ſumis, tot ſubdite rebus?*
[n] *An dominum ignoras, niſi quem [o] vindicta relaxat?*
[p] *I puer, & [q] ſtrigiles Criſpini ad balnea defer;*
[r] *Si increpuit: ceſſas nugator? [s] Servitium acre*
Te nihil impellit: [t] nec quicquam extrinſecùs intrat
Quod nervos agitet: [u] ſed ſi intùs, & in jecore agro
Naſcuntur [w] domini; [x] qui tu impunitior exis,
Atque hic, quem ad ſtrigiles ſcutica & metus egit herilis:
[y] *Manè [*] piger, ſtertis: [z] Surge, inquit [†] Avaritia: Eja*
Surge. Negas. Inſtat, Surge, inquit. Non queo. Surge.
Et quid agam? rogitas? [aa] ſaperdas advehe Ponto.

a Philoſophia *Stoïca* nè minimam quidem tibi veræ libertatis particulam dedit.
b Nè digitum quidem movere potes quin pecces, *Stoicè ſatis.*
c Quid autem tam parvum eſt, *inquit Dama*, quàm movere digitum?
d *Stoïcus reſpondet:* nullis tamen victimis impetrabis à Deo.... e....ut qui perfectè non ſapit, aliquid ſapiat: æquè enim peccatum eſt digitum ac corpus movere malè. *Stoicè.* f Vel minima etiam ſapientiæ mica aut particula. g Servitutem ac libertatem: ſapientiam ac ſtultitiam. h Nec poteris, ſtultus cùm ſis, etiam in minimis ex ſapientiâ agere: non magis quàm qui ... i. *cætera Helleniſm. ſubaud.* κολὸν. i. quoad cætera ruſticus eſt...k...poterit ſaltare tres ſtaticulos ex arte Bathylli Alexandræi Pantomimi Satyrum ſaltantis. vide Juv. Sat 6 ỳ.64. *legas itaque* Satyrum. ſic Horat epiſt 2 lib 2. ỳ. 125. *Nunc Satyrum, nunc agreſtem Cyclopa movetur.* l *Inſtat Dama, ſe liberum eſſe clamitans.* m *Refert Stoic.* unde tibi liberi nomen uſurpas, cùm tot vitiorum imperiis ſubditus ſis? n Nullum tibi credis eſſe dominum præter externum illum corporis? o Prætoris virga. *Supra* ỳ. 88. p *Diſtinguit libertatem philoſophus.* Tibi quidem concedo, *inquiens*, te liberum eſſe corpore ex jure civili, ſed liberum eſſe animo ex Philoſophiæ regulâ nego. Si quis enim herus jubeat: *I puer, &c.* q Ad ſudorem in balneis detergendum, στλεγγίδας r Et his verbis te increpet, ceſſas nugator? s Civile illud ſervitium acre te nihil impellit, qui jam corpore liber es t Neque extrinſecùs habes dominum aut motorem, qui te impellat & cogat. u Sed ſi naſcantur tibi in jecore, quod concupiſcentiæ ſedes eſt (ut volunt medicorum filii) vel in corde affectuum ſede....w.... Affectus mali qui tibi dominantur....x.... Quantò minores pœnas & cruciatus pateris, quàm ſervus ille quem ad ſtrigilem, &c. y *Nec unum intùs habes dominum, ſed plures eoſque diverſa imperantes, ſc.* * *Pigritiam,* † *Avaritiam,* ** *Luxuriam,* * *Libidinem,* † *Ambitionem,* ** *Superſtitionem.* z *Dialogiſmus, inter pigrum Damam, Avaritiam & Luxuriam.* aa Quæ ad victum conducunt. ut ſaperdas, piſcis genus, quæ capiuntur in Ponto ſeu Mæotide, *Synecdochicè.*

[*] *Caſto-*

[a] *Caſtoreum,* [b] *ſtupas,* [c] *hebenum,* [d] *thus,* [e] *lubrica* [f] *Coa:*
Tolle [g] *recens* [h] *primus piper* [i] *è ſitiente camelo:*
[k] *Verte aliquid;* [l] *jura.* [m] *Sed Juppiter audiet:*
heeu!
[n] *Baro,* [o] *reguſtatum digito terebrare ſalinum*
Contentus perages, [p] *ſi vivere cum Jove tendis.*
Jam pueris [q] *pellem ſuccinctus & œnophorum* [r] *aptas,*
Ocyùs ad navem: nil obſtat, quin trabe vaſtâ
[s] *Ægæum rapias, niſi* [t] *ſolers luxuria antè*
Seductum moneat: Quò deinde, inſane, ruis? quo?
Quid tibi vis? [u] *calido ſub pectore maſcula bilis*
Intumuit, quam non extinxerit [w] *urna cicutæ.*
Tun' mare tranſilias? tibi [x] *tortâ cannabe fulto*
Cœna ſit in tranſtro? [y] *Vejentanumque rubellum*
Exhalet vapidâ [z] *læſum pice* [aa] *ſeſſilis obba?*
Quid petis? ut nummi, quos hic [bb] *quincunce modeſto*
[cc] *Nutricras, pergant avidos* [dd] *ſudare* [ee] *deunces?*
Indulge [ff] *genio: carpamus dulcia;* [gg] Noſtrum eſt,
Quod vivis: [hh] cinis & manes & fabula fies:
Vive memor leti: [ii] fugit hora: hoc quod loquor, inde eſt.
[kk] *En quid agis?* [ll] *duplici in diverſum ſcinderis hamo:*
Hunccine, an hunc ſequeris? ſubeas [mm] *alternus oportet*
[nn] *Ancipiti obſequio dominos; alternus oberres.*

a ---- Pharmaca ad medicinam, cujus generis ſunt teſtes caſtoris ---- b ---- Ad veſtitum, è ſtupâ vili lini genere ---- c --- Ad ædificia, ligna; ---- d ----- Ad ſacra; ---- e --- Ad voluptatem, vina & aromata, mollia ſcil. & lenia ---- f ---- Vina ex Coâ inſulâ. g In emporiis Orientalibus, ita *ſub ſole recenti, ỳ.* 54. *vel* novum, ſeu modò advectum. h Præoccupa alios mercatores. i Sitis tolerantiſſimo, ad quartum uſque diem. k Commuta merces, negotiare. l Et pejera. m *Inquit Dama.* n *Reſp. Avaritiæ.* heu, Stolide! *Barones* autem fuerunt militum ſervi, calones ſeu caculæ grandes & ſtupidi. o *Reguſtatum digito terebrare* (i. ſalem lingere) *contentus perages.* i. vives, *quævis dictio eſt emphatica.* p Si intendis vivere juſtè & ſanctè, Jovem veritus. q Scorteam manticam, vidulum, vel ſegeſtre. r Imponis ſervis ſarcinas deferendas ad navim. s Mare rapidè ſeces, naviges. t Ad corrumpendum ingenioſa u Unde tibi excrevit, *inquit luxuria,* atra hæc bilis ad inſaniam uſque? *vel* maſcula. i. quam ego effœminatam malim. w Largiter epota cicuta herba frigidiſſima. x Tibine in fune nautico ſedenti tranſtrum pro menſâ erit? y Vinum viliſſimum rubei coloris & ſaporis ingrati ex agro Vejano, qui eſt in Campaniâ. z Corruptum, & olens picem vaſis ac navis. aa Latum habens ventrem ſeu fundum bb Uſurâ modicâ, intra ſemiſſem, quinque per duodecim. *five in the twelve.* cc Auxeras. dd Cum ſudore, moleſtiâ & periculo lucrifacere & parere ---- ee ---- Undecim per duodecim uncias. i. aſſem. ff Feſtis & voluptati. gg Vita hilaritèr acta, ea denique vita eſt, & muneris mei. hh Morieris deſcendeſque ad inferos, de quibus tam multa ſomniant & fabulantur, cùm poëtæ tum philoſophi, Horat. od 4 lib. 1. ỳ. 16. *Jam te premet nox fabulæque manes.* Vitâ igitur, quæ datur, utere. ii Ibidem od. 11 ỳ. 7. *dum loquimur fugerit invida Ætas.* kk *Stoïci verba vel Poëtæ* ll Avaritiæ ſimul atque luxuriæ. mm Alternis vicibus, & ---- nn ---- Incerto ſervitio ſubeas oportet Avaritiæ & Luxuriæ dominium.

Nec

Nec tu, cùm obſtiteris ſemel, inſtantique negâris
Parere imperio, Rupi jam [a] *vincula, dicas.*
Nam & luctata canis [b] *nodum abripit: attamen illi*
Cùm fugit, à collo trahitur [c] *pars longa catenæ.*
* [d] *Dave, citò, hoc credas jubeo, finire* [e] *dolores*
Præteritos meditor: ([f] *crudum Chæreſtratus unguem*
Abrodens ait hæc) an [g] *ſiccis dedecus obſtem*
Cognatis? [h] *an rem patriam rumore ſiniſtro*
Limen ad obſcœnum [i] *frangam, dum Chryſidis* [k] *udas*
Ebrius ante fores, [l] *extinctâ cum face, canto?*
[m] *Euge puer,* [n] *ſapias:* [o] *diis depellentibus agnam*
[p] *Percute.* [q] *Sed cenſen'* [r] *plorabit, Dave, relicta?*
[s] *Nugaris;* [t] *ſoleâ, puer, objurgabere rubrâ;*
[u] *Nè trepidare velis, atque arctos rodere caſſes.*
[w] *Nunc ferus, & violens: At ſi vocet, haud mora dicas:*
Quidnam igitur faciam? nè nunc, cùm accerſat, & ultro
Supplicet, accedam? [x] *Si totus & integer illinc*
Exieras, nec nunc. [y] *Hic, hic, quem quærimus, hic eſt;*
Non in [y] *feſtucâ,* [z] *lictor quem jactat ineptus.*
† *Jus habet ille ſui* [aa] *palpo, quem ducit* [bb] *hiantem*

a Servitus vitiorum.
b Vinculi catenæ ſuæ.
c Quâ iterum in ſervitutem redigatur. Ita ſtultus dum non ſimul & ſemel ſe totum & integrum vindicat è vitiorum ſervitio, recurrit ad veteres mores, neque propter unam actionem & quod ſemel reſtiterit, liber pronunciandus eſt. *Atque ad hoc, in libidinis imperio, probandum*
* d *...Exemplum adducit Chæreſtrati, è Menandro, cum Davo ſervo de Chryſide deſerendâ deliberantis, nec tamen gnaviter perficientis.* vide Eunuch. Terentii. & Hor. lib. 2 ſerm. 3
e Meretricii amoris moleſtias quas tuli. Supra not. y. ỳ 132. f Ad vivum rodens, ſeriò cogitabundus. g Sobriis, frugi. h Egon' per infamiam & nominis jacturam ad obſcœnam meretricis domum patrimonium? i Imminuam perdam? k Unguento ſeu vino ex profuſione Græcorum amatorum: vel aquâ, quam fallendis maritis mulierculæ januæ cardinibus affundebant: vel lacrymis miſeri amatoris. ſed vide Lipſ. epiſt. quæſt. ep. 22. lib 4. l Juvenes commeſſatum euntes ad amicas, faces præferebant, quibus, cùm ad fores ventum eſſet, nè à prætereuntibus agnoſcerentur, extinctis, cantabant. m *Ait Davus, qui Terentio Parmeno,* herum collaudans, quòd ad ſaniorem mentem rediiſſe videtur. n Sapere aude. *vel* ſapias tandem. o Caſtori & Polluci, ſeu aliis diis averruncis, ſtultitiam tuam amoventibus. p Macta. q *Dicit Chæreſtratus ſibi non conſtans.* r Chryſis plorabit relicta? s Nugaris, *inquit Davus,* qui labaſcis & ad miſeriam redis. t Vapulabis. ſic Juven. Sat. 6 ỳ 612. *i. Soleâ pulſare nates:* vel commitigabitur tibi caput aurato ſeu purpureo meretricis ſandalio ----u-- . Nè vacilles in poſterum & dubius relucteris: neque audeas ſubtrahere collum jugo, aut tentare effugium arrodendo laqueos, quod ſtrictæ ſolent feræ. w *Et quod nunc tute tecum iratus cogitas, Egone, &c.* ut Phædria ille Terentianus. x Quòd ſi te plenè & conſtanter aſſereres in libertatem, neque nunc labaſceres redireſque victus. *Apoſiopeſis.* Aliis placet lectio, *nunc, nunc,* i. in ipſo hoc nunc, hoc temporis articulo, abſque morâ. y Hic verè liber & ſapiens eſt. z Non quem feſtucâ. i. vindictâ & virgâ prætoris factum manumiſſumque liberum pronunciârit vox lictoris, unius è ſex miniſtris qui prætori apparebant. 6 & *lege* Quem. aa Adulator populi ambitioſus; *ergo eſt,* habet ille palpo jus ſui? palpare eſt manu mulcere. bb Honoribus inhiantem, magiſtratus & honores ambientem.

a *Cretata*

[a] *Cretata † ambitio?* [b] *Vigila, & [c] ciceri ingere largè*
[d] *Rixanti populo, [e] noſtra ut Floralia poſſint*
[f] *Aprici meminiſſe ſenes: quid pulchrius? ** at cùm*
[g] *Herodis venêre dies, unctâque feneſtrâ* 180
*Diſpoſita [h] pinguem nebulam vomuere ** lucernæ,*
*[i] Portantes * violas, [k] rubrumque amplexa catinum*
*† Cauda natat [l] thynni, [m] tumet alba fidelia ** vino:*
*[n] * Labra moveſtacitus, [o] recutitaque ſabbata [p] palles.*
[q] Tunc nigri lemures, [r] ovoque pericula rupto: 185
Hinc [s] grandes [t] Galli; & cum [u] ſiſtro [w] luſca ſacerdos,
Incuſſere [x] deos inflantes corpora, [y] ſi non
Prædictum ter manè caput guſtaveris alli.
Dixeris [z] hæc inter [aa] varicoſos [bb] centuriones,
Continùo [cc] craſſum ridet [dd] Vulfenius ingens, 190
Et [ee] centum Græcos curto centuſſe licetur.

a Candidati ſinquit Lipſius Elect. lib. 1. c. 13.) & Petitores magiſtratuum non contenti infito lanæ candore, cretam addebant in veſtem ut ſplenderet. † vid. not. y. ad ŷ. 132 ſupra.

b Et jubet vigilare ad ſalutationes antelucanas.

c Miſſilia ſparge in Ædilatu. Ædiles verò, quo ſibi viam ſternerent ad cæteros honores, & populi promererentur ſuffragia, fabam & cicer in vulgus ſpargebant. d Inter captandum & legendum miſſilia. e Munificentiam noſtram in Floræ ex meretrice deæ factæ ludis, quorum celebratio ad Ædiles ſpectabat. f Inter apricandum. ** *vide not.* y. *ad* ŷ. 132 *ſuprà.* g Quos colit populus, qui Herodi paret, ſc. Judæi. *vel* Herodis Aſcalonitæ natalis, ſeu ſuſcepti regni dies *celebratus,* ** *lucernis,* * *floribus,* † *conviviis,* ** *vino,* * *precibus, &c.* h Fuliginem. i Coronatæ ſeu ornatæ floribus. k Fictile miniatum, vel è terrâ rubrâ. l Hinc amplitudo thynni colligitur. *vel, Hypallage* catinum amplexum caudam thynni. Synecdochicè pro thynno vel quâvis parte. vel in contemptum Judæorum, viliſſimam thynni partem ponit. m Plena eſt. n Concipis vota tacito murmure. o Recutitorum. i. circumciſorum Judæorum ſabbata. p Superſtitioſo metu, *vel* ex jejunio, *vel* cinere & luto conſperſus colis ſabbata. q Adde his inania terriculamenta, quæ ſuperſtitioſis hiſce objiciuntur: qualia ſunt, quæ timentur umbræ nocturnæ, & ----r---- pericula quæ portendi creduntur ſi ovum igni impoſitum rumpatur. s Ingentes ſemiviri, ut qui caſtrati in altum creſcant, *vel* veneratione ingentes. t Sacerdotes Cybeles. u Iſiaci ſiſtrum, crepitaculum ex ære aut argento tinnulum ferebant in ſacris, ut Galli cymbalum. Apul. 11. w Cui Iſis *irato* percuſſit *lumina ſiſtro.* Juven. Sat. 13. ŷ 93. *vel* ad mores poteſt referri, ut *Lipſius.* x Metum dearum Cybeles & Iſidos: quarum illa furore, hæc Syriis, tumoribus, ulceribus, & morbis inſtat. y Niſi expient & amoliantur inflationem amuleto, quod & magis inſtat, quodque Ægyptiorum religione in diis numeratur. Juven. Sat. 15. ŷ. 9. z Hæc Stoicorum ſcita de verâ libertate utcunque deriſuri ſunt ſtupidi milites, vera tamen ſunt. aa Labore militiæ varicoſos, *vel,* ut corpore ita animo tumidos. bb Ignaros literarum oſores, cujuſmodi ſunt militares. cc Ruſticè aut militariter. dd Miles procerus, robuſtus, ut in primâ Sat. *Ingentes Titos.* ee Centum philoſophos totidem aſſibus iſſque curtatis æſtimat, i. ſingulos philoſophos vix ſingulis aſſibus.

SATYRA VI.

In avaros, qui parcè & ſordidè vivunt, ut relinquant hæredibus quod nequiter profundant.

Exordium ſumit à ſtatu Baſſi, ad quem ſcribit, quærens ubinam locorum ſit, quid agat, quibus ſtudiis intendat animum, quàm ſuo contentus vivat. Mox vitæ ſuæ rationem exponit illi pœta, & mentem æquam. Denique inſurgit in eos, quibus non idem animi & vitæ inſtitutum.

[a] *ADmovit jam bruma foco te, [c] Baſſe, Sabino?*
Jamne lyra, & [b] tetrico vivunt tibi pectine chordæ?
[d] *Mire opifex numeris [e] veterum primordia vocum,*
Atque [f] marem ſtrepitum fidis intendiſſe Latinæ;
Mox [g] juvenes agitare jocos, & pollice honeſto
[h] *Egregios luſiſſe ſenes. Mihi nunc [i] Ligus ora*
[l] *Intepet, [m] hybernatque [n] meum mare, quà latus ingens*
Dant ſcopuli, & multâ littus ſe [o] valle receptat.
[p] *Lunaï portum eſt operæ cognoſcere, cives:*
[q] *Cor jubet hoc Enni, poſtquàm [r] deſtertuit eſſe*
[s] *Mæonides [t] Quintus, pavone ex Pythagoræo.*

a Ecquid in agro Sabino, quò ſeceſſiſti hyematurus, lyricis uſque vacas carminibus, &----b-- graviore atque ſeveriore, quàm Horatius plectro. i. argumento (ut mox *marem ſtrepitum*) pulſas fides lyræ? c Cæſ. Baſſus Lyricus Poëta fuit, de quo Priſcianus & Fabius lib. 10. d Mirè & peritè artifex ad aptanda citharæ numeris argumenta ſeria & gravia. *Helleniſm.* e Fortè idem eſt, quem A. Gellius lib 3. c. 19. & 5. 7. & 11. 17. ſcripſiſſe de originibus teſtatur: ſin minùs, intellige μυθισχρίαν & διεξοδικὸν. alii legunt *primordia rerum*: ut canat, *unde hominum genus & pecudes, &c.* quod Virg. 1 Æneid. ỳ. 747. de Iopâ Lyrico. f Carminibus lyricis Latinis adaptare ſeveram poëſin: *vel* fortem, qualis fuit Pindari, qui cecinit *divos puerosque deorum*, i. heroas, & *pugilem victorem, &c.* Horat. ad Piſones. *vel* Alcæi, qui *ſonuit plenius aureo plectro dura navis, dura ſugæ mala, dura belli*, Od. 13 lib. 2. Horat. ỳ. 26 g Juvenum amores & convivia referre. h Senum benè de republicâ meritorum laudes honeſto carmine celebrare. i Liguſtica. k A tepore maris exagitati, vel ſitu inter montes mitior eſt. l Sævit: *vel* pro hybernis eſt mihi. m Hetruſcum: Perſius enim patriam habuit Volaterras in Hetruriâ. n Sinu vel curvatura portûs Lunæ, primi oppidi in Hetruriâ, dicti quod Lunæ formam littus referret. o Ennius in Annal. ab hoc verſu incipit deſcribere lunæ portum. *Eſt operæ pretium, O cives cognoſcere portum Lunæ.* p Ipſe Ennius, alludit ad tria corda quæ ſe habere dixit Ennius, quod Græce, Oſce, & Latinè ſciret. q Poſtquàm deſiit ſtertere. i. ſomniare? *Helleniſm.* poſtquàm deſtertuit ſe eſſe Mæoniden, hoc eſt, Statim à principio Annalium, in quo expoſuit ſomnium ſuum, quo ſomniârat animam Homeri in ſe tranſmigrâſſe per μετεμψύχωσιν ſeu παλιγγενεσίαν Pythagoricam, quæ eadem in Pavonem tranſierat ex Pythagorâ. r Homerus, à patre Mæone, vel patriâ Mæonia. vide Plutarch. lib. de Homero s 1 Euphorbus, 2 Pythagoras, 3 Panus, 4 Homerus, 5 Ennius *vel* poſtquam deſiit ſomniare ſe fuiſſe Homerum, agnovitque ſe eſſe Quinctum Ennium, ut Quinctus ſit prænomen Ennii.

Heic

Heìc ego [a] *ſecurus vulgi, & quid præparet Auſter*
[b] *Infelix pecori,* [c] *ſecurus & angulus ille*
Vicini, noſtro quia pinguior: & ſi adeò omnes
Diteſcant [d] *orti pejoribus,* [e] *uſque recuſem* 15
Curvus ob id minui ſenio, aut cœnare ſine unctо,
Et [f] *ſignum in vapidâ naſo tetigiſſe lagenâ.*
[g] *Diſcrepet his alius:* [h] *Geminos* [i] *horoſcope, varo*
Producis genio: [k] *Solis natalibus, eſt* * *qui* 19
Tingat olus ſiccum [l] *muriâ vaſer* [m] *in calice emptâ,*
Ipſe [n] *ſacrum inrorans patinæ piper:* † [o] *hic bona* [p] *dente*
Grandia magnanimus [q] *peragit puer:* [r] *utar ego, utar,*
Nec [t] *rhombos ideò libertis ponere* [s] *lautus,*
Nec tenuem ſolers turdorum nôſſe [u] *ſalivam.*
[w] *Meſſe tenus propriâ vive: & granaria (fas eſt)* 25
[x] *Emole: quid metuas?* [y] *occa: & ſeges altera in herbâ eſt.*
[z] *Aſt vocat officium: trabe ruptâ,* [aa] *Bruttia ſaxa*
Prendit amicus inops; remque omnem, [bb] *ſurdaque vota*
Condidit: Ionio jacet ipſe in littore, & unà
Ingentes de puppe [cc] *dei: jamque obvia* [dd] *mergis* 30
Coſta ratis lacera: nunc & [ee] *de ceſpite vivo*
Frange aliquid; largire inopi, [ff] *nè pictus oberret*
Cæruleâ in tabulâ. [gg] *Sed* [hh] *cœnam funeris hæres*

a Non ſollicitus, quid de me dicat vulgus ſentiatve.
b Noxius, morbos inferens.
c Non curans, non invidens ſi vicini fundus meo ſit fertilior.
d Inferiori quàm ego loco, *vel* homines peſſimi.
e Nolim tamen ob iſta demiſſo eſſe vultu, atque per invidiam ſenium præproperum accerſere, dum ſordido victu eorum divitias æmulor.
f Admoto naſo obſervare an læſa ſint ſigna lagenæ,

quæ etiam vappam habet, *vel* non reſignare & depromere, ſed admotis labris & naſo vappam ebibere. g Nec tamen cuivis hæc liberalis mens, quæ mihi. h Fratres iiſdem parentibus ortos. i Vario ingenio profert idem Horoſcopus. i. Aſtrum natale, ſeu horæ inſpectio, quâ quis naſcitur. *Apoſtrophe.* k Quorum * alter triparcus. *Omnia heìc emphatica & ſignata.* l Aquâ ſalsâ, *vel* liquamine ex thynnorum ſanie. m Quod ſolent parci & ſordidi. n Cui parcit tanquam rei ſacræ. † o Hìc magnanimus puer, *this youth that bgareth a brave mind.* p Gulâ, luxu. q Abſumit. r Mihi, *inquit poëta,* χλημαῖς erunt χεήματα utar iis, non abutar per miſeras ſordes, aut effuſam prodigalitatem. s Lautus ponere. *Helleniſm.* ut & ſolers nôſſe. t Piſces in deliciis habitos. Ῥόμβους pro lautis epulis. u Subtilem guſtum & ſaporem diſcernere. w Nihil ex annuo proventu reliquum facias. x Molendo conſume. y Glebas frange, agrum exerce. z *Facerem,* inquit avarus prætexens avaritiæ ſuæ cauſam, *quod mones, laxarem granaria, & viverem meſſe tenus, I would make even with the year's end. Sed me jubent charitatis atque humanitatis officia, ut ex proventibus meis aliquid reponam, quo ſuccurram miſeris amicis laborantibus, eorumque damna reſarciam.* aa Pulchrè dicis, *inquit Poëta.* Sed ecce amicus tuus fractâ navi & universâ re perditâ enatans prendit ſcopulos Brutii promontorii Italiæ Siciliam versùs, &c. cur non illum relevas & ſuſtentas nè cogatur ſtipem emendicare. bb Diis non exaudita. cc Dii tutelares navis, qui in puppi ſacratum habebant, erepti ſecum è naufragio. dd Avibus marinis. ee Non de meſſe tantùm, ſed & de fundis aliquid impertì. ff Nè naufragii pictam tabulam portans hinc inde mendicet. Sat. 1. ỳ 90. gg *Sed inquies,* Si quid de fundo aut patrimonio imminuam, hæres meus infenſus mihi negabit funebrem apparatum & ſumptum. hh Feralem, funebrem, quæ cum cadavere ipſo cremetur, ſiliceonium.

Negliget,

Negliget, iratus quod [a] *rem curtaveris; urnæ*
[b] *Oſſa inodora dabit: ſeu ſpirent cinnama* [c] *ſurdum,*
Seu [d] *ceraſo peccent* [e] *caſiæ,* [f] *neſcire paratus.*
[g] *Tunc bona incolumis minuas? &* [h] *Beſtius urget*
Doctores Graios: Ita fit poſtquàm ſapere urbi
[*] *Cum pipere & palmis, venit noſtrum hoc* [i] *maris expers,*
[k] *Fœniſecæ craſſo vitiârunt unguine pultes.*
Hæc [l] *cinere ulterior metuas? at tu, meus hæres*
Quiſquis eris, paulùm [m] *à turbâ ſeductior, audi.*
O bone num ignoras? miſſa eſt à [n] *Cæſare* [o] *laurus*
Inſignem ob cladem Germanæ pubis, & [p] *aris*
Frigidus excutitur cinis: ac jam [q] *poſtibus arma,*
Jam [r] *chlamydas regum, jam lutea gauſapa captis,*
[s] *Eſſedaque ingenteſque locat* [t] *Cæſonia* [u] *Rhenos.*
Diis igitur, genioque ducis [w] *centum paria, ob res*
Egregiè geſtas, induco: quis vetat? [x] *aude.*
Væ, niſi connives. [y] *Oleum, artocreaſque popello*
Largior: an prohibes? dic clarè: [z] *Non adcò, inquis,*

a Bona minueris.
b Oſſa & cineres aromatis miſta urnæ dare mos erat.
quod ille non faciet, &c.
c Non acutum, qui vix ſentiatur: *duriuſculâ tranſlatio.*
d Gummi è ceraſo, vel cortice ceraſi adulterare fiat caſiæ.
e Canella Matthiol. in Dioſc. lib. 1. c. 12. & 13
f Negligens.
g *Dicet mihi hæres.* Tunc

ipſe ſalvus, cùm opus ſit, in neſcio quos tua profundas, quæ mihi hæredi potiùs debentur? h Imperitus alicujus hæredipeta crimini dabit hanc officioſam largitionem ut & lautiorem victum Græcis philoſophis: clamitans hæc non priùs ſolita fieri quàm ſapere. i. ſapientia Græca cum mercibus peregrinis (quæ mentem effœminant) è Græcia in urbem noſtram mari adveniſſent. * Sic Juv Sat. 3. ℣. 83. *Advectus Romam, quo pruna & coctona vento.* i Nihil maſculi habens, *vel* mari advecta: ut expers ſignificet ἄπειρος & ἔμπειρος. Caſaub. *alii* poſtquàm rigida noſtra ciſmarina philoſophia corrupta ſit molli & transmarinâ Græcorum. *ſapere* pro *ſapientia*, Enallage. k Ipſi ruſtici cibos priùs ſimplices corrumpunt & condiunt lautiùs. l Hæredem. *inquit Poëta*, mortuus metuas? Hor. epiſt. 2. l. 2. ℣. 191. *Nec metuam quid de me judicet hæres, Quòd non plura datis invenerit.* m A vulgi ignorantiâ & odio n Claudio Caligulâ. o Literæ laureatæ, quæ tanquam victoriæ indices triumphum imperent; cùm tamen nihil dignum eo feciſſet. p Ex priore ſacrificio derelictus amovetur, & nova ſacra parantur. q Templorum poſtibus ſpolia hoſtium affigenda curat. r Parat coccinea paludamenta, quibus amicti reges Germanorum, & crocei coloris gauſapa, quæ villoſæ militares veſtes ſunt, quibus induti milites Germanorum ducantur in triumpho. s Germanorum vehicula, *Coaches*. t Caligulæ uxor per procuratores. u Rhenanos, Rheni accolas, *è quibus proceriſſimum quemque ad pompam* elegit Suet. Calig. c. 47. w Diis igitur victoriæ auſpicibus, & Imperatoris Genio induco C. paria gladiatorum, qui ad buſtum dimicantes ſe invicem immolent, ad placandas defunctorum animas, quas humano ſanguine propitiandas credebant, vide Lipſ. Saturn. 1. 8. x Vetare, aude, ô hæres, ſi ita viſum eſt tibi. *Epitrope.* Sed væ tibi niſi adſentiaris. y Quinetiam congiarium & epulum populo largior, tunc illud fieri vetas? noli muſſare, dic clarè. z Neque enim contradico aut prohibeo, inquis. *poteſt etiam nullâ interpoſitâ diſtinctione, poſt* inquis, *continuari, ut hic ſenſus ſit:* Agellus tuus, inquis, ô hæres, ſuburbanus non adeò cultus aut fertilis eſt, ut ſufficiat huic profuſioni, vel ut ego ita curem tibi hæres eſſe. *Alii ex perſonâ poëtæ intelligunt quæ ſequuntur, dicentis:* Supereſt mihi ſuburbanus fundus probè cultus & ſaxis expurgatus, *al.* jugi culturâ exhauſtus.

Exoſ-

Exoſſatus ager juxtà eſt. Age, [a] *ſi mihi nulla*
Jam reliqua ex amitis, patruelis nulla, proneptis
Nulla manet, patrui ſterilis matertera vixit,
Deque aviâ nihilum ſupereſt; accedo [b] *Bovillas,* 55
Clivumque ad Virbi: [c] *præſto eſt mihi Manius hæres.*
[d] *Progenies terrâ? quære ex me quis mihi* [e] *quartus*
Sit pater: haud promptè, dicam tamen: adde etiam
[f] *unum,*
[g] *Unum etiam; terræ eſt jam filius: & mihi* [h] *ritu*
[i] *Manius hic generis propè major avunculus exit.* 60
[k] *Qui prior es, cur me in decurſu lampada poſcas?*
[l] *Sum tibi Mercurius; venio deus* [m] *huc ego,* [n] *ut ille*
Pingitur; an renuis? vin' tu gaudere [o] *relictis?*
[p] *Deeſt aliquid ſummæ:* [q] *minui mihi: ſed tibi totum eſt,*
Quicquid id eſt. [r] *Ubi ſit, fuge quærere, quod mihi*
quondam 65
Legârat Tadius, [s] *neu dicta repone paterna:*
Fœnoris accedat merces: [t] *hinc exime ſumptus*
[u] *Quid reliquum eſt?* [w] *reliquum?* [x] *nunc nunc impenſiùs unge,*
Unge puer caules. [y] *Mihi feſtâ luce coquatur*
[z] *Urtica, &* [aa] *fiſsâ fumoſum ſinciput aure,* 70
Ut tuus iſte * *nepos olim ſatur* [bb] *anſeris extis,*

a Si mihi nullus cognatus ſit, nec affinis quem hæredem inſtituam.

b Vicum inter Romam & Ariciam in viâ Appiâ, ubi ſedebant mendici, ut & prope nemus Dianæ, ubi Hippolytus colebatur.

c Mendicus quiſpiam (vide infrà not. i.

d Itane? *refert hæres.*

ſcribeſne hæredem hominem obſcuro loco natum, terræ filium, familiâ tuâ non oriundum? e Sit ità ſanè. Quòd ſi ex me quæras, quis fuerit mihi abavus? ---f--- quis atavus ---g--- quis tritavus, fuit ille æquè ignotus atque obſcurus, & proinde ---h--- ratione generis & ſtemmate ---i--- Aliquis mendicorum ex Aricino colle & luco, quem Dianæ conſecrârat Manius, mihi major avunculus vel cognatus eſt. k Tu autem qui mihi propior es, & cui lege naturali conſanguinitatis priùs ventura eſſet hæreditas, cur me vivo illam exigis: *alii referunt ad λαμπαδηδρομίας certamen:* in quo ſtadiodromo Prometheo ſacrato currebant facem quatientes, primus autem defatigatus tradidit facem ſecundo, ſecundus tertio, & ita deinceps. vide lib. 4. Rhet. ad Herennium. *quaſi dicat,* cur tu natu major mei junioris hæreditatem poſceres? l Mea hæreditas tibi eſt lucrum inſperatum & ἐφάτιον, perinde ac ſi in viâ inventum. m Ad te. n Mercurius qui pingitur marſupium dextrâ tenens, quod tibi advolans gratuitum & præter expectationem atque meritum adfero. o Tibi à me. p *Verba hæredis.* q *Cui teſtator.* Meo damno periit, non tuo, ô hæres. r Noli impudenter à me exigere rationem, quid factum ſit de bonis, quæ mihi teſtamento legârat hic vel ille. s Neque ingere mihi verba, quæ patres liberis ſuis præcipiunt, cujuſmodi ſunt hæc; Fœnoris accedat merces: hinc exime ſumptus. t Ex fœnore. u *Dicit hæres.* w *Teſtator indignantèr refert.* x Quando iniquo & ingrato animo acceptura es, quæ reliquero, lautiùs & largiùs inſumam: appara itaque, ô famule, lautiorem menſam. y Egone meis ſordidè parcam, ut ille hæc nepotum more prodigat? z Durum & agreſte olus. aa Porcini capitis in fumo, per aurem perforatam ſuſpenſi pars. * Ex cognatione hæres idemque luxurioſus, *ambiguè & acutè.* bb Jecore anſerino quod Romanis in deliciis.

Cùm

*Cùm * moroſa [a] vago [b] ſingultiet inguine * vena,*
[c] Patricia immeiat vulvæ? [d] mihi trama figuræ
Sit reliqua; aſt illi tremat omento [e] popa venter?
[f] Vende animam lucro; mercare, atque excute ſolers
Omne latus mundi, nè ſit [g] præſtantior alter
[h] Cappadocas rigidâ [i] pingues [k] plauſiſſe [l] cataſtâ.
Rem duplica, Feci: jam triplex, jam mihi quartò,
Jam decies [m] redit in rugam. [n] Depunge, ubi ſiſtam,
Inventus, [o] Chryſippe, tui finitor acervi.

a Variâ vel conceſsâ & licitâ Venere. b Copiam faſtidiet. *al.* palpitabit. * Muto faſtidiens plebeiam Venerem. c Rem habeat cum nobili fœminâ. d Egone me macerem inſtar decotis & defloccatæ veſtis, cui detritis villis & ſubtegmine nudo apparet trama: ita in corpore meo oſſa & nervi? *vel*, Mihin' ſit corpus tenue & gracilentum inſtar ſtaminis tramæ? vel lineæ picturæ, quali depingunt homines monogrammos, quaſi procul apparentes? e Pinguis, obeſus ut popa, i. victimarius miniſter hoſtiarum, viſceribus probè ſaginatus. f *I nunc, & nihil non turpe, ſceleratum, ſordidum facito, ut hæredi placeas.* Epitrope. g Mangonii peritior. h Servos è Cappadociâ. i Bene habitos, nitidos cute. k Palpo, vel planâ manu ferire, ut oſtentes corporis eorum habitudinem, *vel* apud emturientes laudare. vide Juven. Satyr. 11. quæ adnotata ad ỳ. 163. An *plauſiſſe* quoniam venales (ut ait vetus interpres) anſtequàm in cataſtâ imponantur, cantant univerſi paritèr more gentis ſuæ: alii legunt *pavisſe*, alii *clauſiſſe*. l Pegmate ligneo, in quo venales exponebantur ſervi. m Decuplatur, *à veſtibus metaph.* quaſi multiplicatur. n Alii *Depinge*, ſtatue, præſcribe, quem modum ponam multiplicandæ rei familiaris meæ immenſæ tanquam foritæ? o Stoicorum acutiſſime (qui argumentationis acervalis in infinitum progredientis finem inveniſti, jubendo ἡσυχιάζειν priuſquàm ad multa ventum eſſet) dic ubi ego ſiſtam, modumque ponam in congerendis opibus. Atque ſimul alluſum credo ad τὰς τῶν τέκνων τόκους, quos ſapienti licere accipere exiſtimavit Chryſippus. Audi quid ipſe dicat apud Lucianum, in *vitarum auctione*: τὸ δ' γυμνῶναι ἄνομα, τὸ δὲ τοκογλύφον, &c. p. 377. *Latinè ſic.* Eſſe vero (inquit Mercator) voracem & avarum fœneratorem, an & hoc dicemus eſſe viri, qui helleborum biberit, & qui jam ad virtutem ſit idoneus? Certè: (reſpondet Chryſippus) ſolum enim ſapientem fœnerari decet. Quoniam enim illius eſt proprium, ſyllogiſmis concludere: fœnerari certè uſuramque computare, atque colligere. Namque hæc parùm differre videntur, ſtudioſi quippe quod hoc ſit æquè ac illud. Neque decet illum ſimplicem exercere uſuram, quemadmodum ſolent alii, verùm & alterius fœnoris accipere fœnus, &c.

A. PERSII FINIS.

LONDINI: Typis GULIELMI BOWYER, MDCCXIX.

BRITISH
12N090
MUSEUM

TYPOGRAPHUS LECTORI.

HAUD longo te morabor ſermone: & forſan non moleſtè feres dum paucis tibi ſiſtam prolis hujus Typographicæ rationem. Textus, perpaucis in locis, ad fidem probatiſſimorum exemplarium emendatur: Sphalmata preli quamplurima, quæ in editiones noviſſimas irrepſerant, delentur: Lapſus fere innumeri, quibus notulæ ſcatebant, tam in laudandis quàm in laudatis authoribus, è medio tolluntur: Adeò ut polliceri auſim *Farnabium* noſtrum emaculatiorem prodire quàm antehac *Angliæ* vel *Belgii* typis.

G. BOWYER.

TYPOGRAPHUS

LECTORI.

BRITISH
12 NOV 00
MUSEUM